

Q. D. B. V.

GALLVS MAXIM. L.B. A RACKNITZ

FLORES

EX THEMIDIS HORTIS COLLECTOS

IN

AVGVSTANAM  
CONFESSIÖNEM

SPARGET

PRAESIDENTE

AVGVSTINO LEYSERO

IN AVLA REGIS POLONIARVM CONSILIARIO

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDINARIO

CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE

CVRIAEC PROVINCIALIS ET SCABINATVS

ASSESSORE PRIMARIO

SOLEMNITER

*IN AUDITORIO MAGNO*

DISPVTATVRVS

D. XXIX. IVN. ANNI cIɔ Iɔ CCXXX.

Coll. diss. A  
191, 27

VITEMBERGAE  
STANNO GERDESIANO.

SLUB  
Sächsische Landesbibliothek –  
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

САД  
ЛІБІДІЯ МІХАМ ЗУДІА  
ВІДОЛІ  
EX LIBRIS HORATIO COLELLI  
1711

# МАИАПОДА МЕМОРАНИОД

ТВЯДЯЗ  
САДІСІДІ  
ОЯДІЛІ ОЛІГУДА  
ІН АДА РЕГІС ПОЛОНІА СОЛІДА  
ІН АКАДЕМІА ТІМЕЛЕСІ ОРІГІАРІ  
КОНСІСТОРІЯ ЕСКІСІСІСІОДІ ДІРІСІОДІ  
КАРІА ТРІАНСІАЛІС ЕТ СЕҮІНІАД  
АСАДІСІРІ БІІМАРІ  
СОЛЕНІІТЕР



ІН АДІДІОДА  
ДІСІАТАДА

ЗАДІМЕРГА  
САДІСІСІА



E quis novitate tituli offendatur, *Hugonem Grotium* nos imitatos profitemur. Is *Florum Sparisionem ad Ius Iustinianeum* scripsit, atque sub hoc titulo ius istud multis egregiis ex historia & literatura desumptis observationibus ornavit. Nos, quamvis a Grotio magno intervallo distemus, floresque adferamus pulchritudine & svavitate fragrantissimis Grotii floribus multum inferiores, in hoc tamen Grotium vincimus, quod nostris floribus non mortale opus, quale *Ius Iustinianeum* est, sed divinum & immortale conspergimus. Forsan alii idem doctius & elegantius facient. In nobis consilium & institutum pietatis plenissimum laudabitur. Nec dubitamus, ad nos trahere versus, in primis ultimos, quos *Grotius Sparioni suae* ingeniose praefixit, & nos hic aemula simplicitate repetimus:

A

Non

*Non ego, sub quorum pendent examine causae,*

*Non ego pro trepidis ora diserta reis,*

*Non ego dictantes legum praescripta magistros*

*Quidquam, quod sit opus scire, docere volo.*

*Hoc faciant adolens Themidis Cuiacius aram,*

*Ingentique bono nomina nata, Fabri.*

*At si quis latebrosa terens aenigmata legum*

*Pectora de tetrico fessa labore refert,*

*Hunc ego solabor, det ditior alter aristas*

*Pomaque; Nos flores, munera parva, damus.*

### I.

**P**rotestatio & appellatio, ante Augustanae confessionis exhibitionem ab ordinibus evangelicis interposita, a caesare male duriterque accepta est.

### II.

**C**vius rei causa non tam ad odium religionis in caesare, quam ad alias causas externas referenda est.

### III.

**C**ausae istae fuerunt odium erga personas legatorum, plebeia eorum conditio, dissidia inter se, ac nimia frugalitas, item commoratio imperatoris in Italia, & recens eius cum pontifice Romano amicitia.

### IV.

**S**olicitude horum legatorum de inveniendo notario publico superflua fuit.

*In*

**I**N prooemio Augustanae confessionis memoratur atque eventualiter renovatur protestatio & appellatio ab ordinibus Imperii evangelicis solemniter interposita. Cuius solemnis interpolationis historiam exposuerunt multi, primum breviter legati ipsi ab ordinibus ad hoc negotium in Italiam missi apud Hortlederum von Ursachen des teutschen Krieges tom. I. lib. I. cap. 7. deinde Sleidanus lib. 7. de statu religionis, postea Seckendorff. lib. 2. Historiae Lutheranismi Sect. 16. tandem plenius & luculentius Mullerus in der Historie von der Evangelischen Stände Protestant und Appellation. Scilicet, quum in comitiis Spirensibus anno 1529. habitis multa durius contra religionem evangelicam decernerentur, ordines eidem addicti confessim protestati sunt; sed, ut haec protestatio reciperetur, obtinere non potuerunt. Itaque tres viros, qui eam caesari ipsi offerrent, in Italiam alegarunt, Ioannem Ehingerum, consulem Memmingensem, Alexium Frauentraut, marchionis Brandenburgici secretarium & Michaelem von Raden/ syndicum Norimbergensem. Infelicem huius legationis successum non describemus hic pluribus. Sciunt omnes, caesarem in principio statim difficilius, & non nisi post iteratas flagitationes, eos in conspectum suum admisisse, ac, antequam ad-

A 2

mitte-

mitteret, bis per ministros suos monuisse, ne longa oratione negotia sua morarentur, deinde ad propositionem eorum inclementius respondisse, nihilque eorum, quae petita fuerant, indulsisse, ac tandem, accepta protestatione & appellatione, vehementius exarsisse, legatisque carcerem denunciasse, ac, ne in Germaniam literas aut quempiam ex suis mitterent, interdixisse. Mirati sumus saepe & requisivimus tacite apud nos causam, quae caesarem impulerit, ut in ista temporum difficultate & belli turcici metu animos ordinum evangelicorum, quorum tamen ope magnopere indigebat, hac duritia sua exacerbavit, ipse ceteroquin ab illorum religione, ut eventus docuit, non prorsus alienus. Nihil in praesens dicemus de illa communi fama, quae publicis etiam scriptis vulgata est, caesarem hunc convenienter religionis nostrae principiis obiisse. Multum illa verisimilitudinis habet, quemadmodum *de Saint Real dans l' histoire de Dom Carlos* ostendit, sed dubia tamen est, manebitque in posterum, quoniam Hispanorum, in quorum medio regno mortuus est Carolus, multum interest, ne verum resciscamus. Sed quidquid huius sit, ex iis, quae Carolus deinde gessit, patet luculenter, ingenium eius non abhorruisse a doctrinis protestantium. Paulo enim post, quam haec cum legatis egisset, venit ipse in Germaniam,

niam, dominosque legatorum humaniter adlocutus est & tractavit indulgenter ac multa iis concessit, per quae religio eorum stabilita fuit. Nota sunt verba eius, quae publice in comitiis Augustanis protulit; *protestantes in fidei articulis non errare; si officium suum sacerdotes facerent, non opus fore Lutheru magistro.* Et profecto prudentissimus ac perspicacissimus cæsar lucem veritatis, quae in istis spississimis tenebris magis etiam emicabat, & summam, quæ inde etiam in rempublicam & libertatem Germaniae redundaret, utilitatem non potuit non videre & agnoscere. Alias ergo fuisse oportet causas, quae Carolum moverint. Nobis admodum probabilis videtur suspicio Seckendorffii, qui lib. 2. *Histor. Luther. Sect. 16. §. 46. add. lit. I.* aliquam tam malae tractationis culpam penes ipsos legatos re sedisse, ordinesque in eis diligendis non satis cautos fuisse arbitratur, atque, primarium, Ehingerum, a collega, Cadeno, luxuriae, superbiae & prodigalitatis insimulatum & coram reprehensum cupidine vindictæ collegam hunc suum pro didisse & deseruisse, ac per hoc ludibrio exposuisse; Frau entrautum, quod uxorem ex monasterio, novo tunc adhuc exemplo, duxisset, odiosum; Cadenum autem Nassovio, primario rerum publicarum administro, qui magna apud caesarem gratia valebat, invisum fuisse,

A 3 me-

memorat. Addere poterat Seckendorffius ex *Sleidan lib.* 7. Cadenum hunc ipsius caesaris odium ob librum, quem ei iussu Landgravii Hassiae obtulerat, incurrisse. Forsan, quae nostra coniectura est, in eo quoque non satis circumspecti fuerunt principes & ordines alegantes, quod mediocris fortunae & conditionis homines, omnesque plebeios, alegarunt. Factum id in primis videtur sumptuum minuendorum causa, quorum ratio maxima pro istorum temporum frugalitate habebatur. Apparet hoc luculenter ex formula, qua legati discedentes apud *Mullerum lib. 2. cap. 1. §. 4.* fidem suam adstringere iubentur, mit der Zerung uffs getreulichst und genähst umbgehen / und über die bewilligten Summa der zweyhundert Gülden/ so in dieser Sach ein guter Abschied gegeben würdet / weiter nichts verschenden noch verehren wolt / daß auch euer feiner on des andern Wissen und Willen nichts aufnehmen noch ausgeben / und sollich eure Ausgaben getreulich verrechnen wollet. Nocuit forsan tunc, ut saepe alias, intempestiva haec frugalitas negotiationi ipsi: Offenduntur non raro magni reges principesque vili eorum, qui ad ipsos mittuntur, conditione, ut bene obseruat *V Vicquefort de l' Ambassadeur lib. 1. sect. 7.* contemnique se credunt, ac ideo cum supercilie

cilio respondent & denegant, quod legato nobili atque gratioſo denegaturi non fuissent. Quanta praeterea parsimonia est, liberalitatem legatorum erga ministros caesaris in re tam ardua & capitali, ex qua salus publica pendebat, fere necessariam intra tam arctos limites & summam tam modicam constringi! Accedit ad has causas commoratio caesaris in Italia, & recens tunc cum pontifice maximo amicitia. Neque enim sine summa pontificis & Italorum offensione homines, qui haeretici credebantur, humanius trahere potuisset. In ipsa tamen exsequutione mandati sui satis providi fuerunt legati, nullaque in re praescriptos sibi limites excessisse, nec reverentiam caesari debitam violasse videntur. Quae enim necessaria omnium, quotquot apud superiorem protestari oportet, cautio est, ut protestationem hanc in supplicationis formam redigant, verbisque humilibus utantur, observarunt accurate. Vna in re maiorem, quam necessum erat, solitudinem adhibuerunt. Crediderunt nempe, protestationem ac appellacionem, nisi coram notario publico fieret, auctoritatem nullam habituram. Et quum praevident, nullum se Placentiae, ubi caesar morabatur, notarium, qui caesaris indignationi caput fortunasque suas exponeret, reperturos, hoc remedium excogitavere, ut unus ex ipsis legatis, qui nota-

notarius iam erat, solemniter se munere legati abdicaret, atque insinuationem istam non tanquam legatus, sed tanquam notarius perageret. Vide *Mullerum lib. 2. cap. 7. & 9.* Vulgaris hic error est, qui ad nostra usque tempora perduravit, & cuius exempla quotidie animadvertisimus & miramur. Solent videlicet hi, quibus protestari aut appellare in causa magna & periculi plena necessum est, multo labore notarium audaciorum quaerere, atque huic amplissimam mercudem polliceri, saepe etiam, quod factum aliquando recordamur, cavere, se illius, siquidem in expeditione negotii vitam libertatemve perdat, familiae liberisque ingentem pecuniae summam exsoluturos. Persuadent hi nempe sibi, esse aetus, qui sine notario publico expediri nullo modo possint. Sed quid opus his ambagibus? Prospexit iam Iustinianus in *l. 2. C. de Annali praescriptione* his, qui vel ob adversarii potentiam vel aliam causam notarium invenire nequeunt, permisitque, loco eius tres testes adhibere, atque apud eos protestari. Quod qui facit, plene securus est. Ipsa certe suprema Imperii tribunalia appellations, deficiente notario, coram personis honestis interpositas recipiunt, testibus *Gylmanno in Syphorem. Suppl. Tom. 3. art. Appellatio iudicialis, Blumio in proces-*

sx

*su camerali tit. 48. n. 18. & Vffenbachio de consilio  
aulico cap. 10. sect. 2. subsect. 2.*

V.

**P**rovocatio principum protestantium ad con-  
cilium universale male a nonnullis impruden-  
tiae insimulatur.

VI.

**I**ntellexerunt illi concilium tale, quale primum  
istud Hierosolymitanum, Actorum XV. me-  
moratum, fuit.

VII.

**D**ifferentiae hujus concilii a sequentibus con-  
ciliis ostenduntur.

**A**ppellatio, de qua in prooemio Augu-  
stanae confessionis agitur & de qua  
modo diximus, fit ad caesarem & conci-  
lium aliquod universale, ein gemein / frey /  
christlich *concilium*. Multi hic imprudentiae  
insimulant Electorem Saxonem & ceteros ordi-  
nes protestantes, quod causam suam arbitrio  
concilii alicujus subjecerint, quum tamen ex  
historiis temporum praeteritorum ignorare non  
potuerint, quam lubricum saepe fuerit & inju-  
stum priscorum conciliorum judicium, & quam  
saepe in illis per cleri pontificii artes & tyran-  
nidem innocentissimi sint damnati. Ex infi-

B nitis,

nitis, quae passim exstant, exemplis unicum memorabimus, concilii nempe anno 1140. apud Senones in Gallia habiti, cuius confessus sic describit Petrus Berengarius in *Apologia Petri Abelardi*, in isto concilio damnati : *Post aliqua Pontifices insultare, pedem pedi applodere, ridere, nugari conspiceres, ut facile quisibet judicaret, illos non Christo vota persolvere, sed Bacho.* Inter haec salutantur cyphi, pocula celebrantur, laudantur vina, Pontificum guttura irrigantur; lethaei potio succi Pontificum corda jam sepelierat. Ecce, inquit Satyricus,

inter pocula quaerunt

Pontifices saturi, quid dia poëmata narrent.  
Denique quum aliquid subtile divinumque sonabat, quod auribus pontificalibus erat insolitum, audientes omnes dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in Petrum, & oculos talpae habentes in philosophum; hoc, inquiunt, sineremus vivere monstrum. Vini calor ita incesserat cerebris, ut in somni letargiam oculi omnium solverentur. Inter haec sonat lector, stertit auditor. Alius cubito innititur, ut det oculis suis somnum, alius super molle cervical dormitionem palpebris suis molitur, alius super genua caput reclinans dormitat. Quum itaque lector in Petri scriptis aliquid reperiret spinetum, surdis exclamabat auribus Pontificum : damnatis ? Tunc quidam vix

vix ad extremam syllabam expergefacti, somnolenta voce, capite pendulo: damnamus; ajebant. Alii vero damnantium tumultu excitati, decapitata prima syllaba: namus; inquiunt. Mirifice illo ipso, quo Augustana confessio exhibebatur, tempore Erasmus Roterodamus, protestantium quidem oppugnator, sed tamen a veritate non prorsus alienus, depinxit modum in conciliis & confessibus illis procedendi lib. 19. epist. 71. In omni, inquiens, confessu semper fuerunt, qui studiis & improbitate rerum summam sibi vindicant, nec temere fit, ut melior pars vincat. Per illos primum res privatim decernitur, mox excluduntur integriores, adhibentur idonei, praefatio commendat concordiam, adduntur minae; hic, inquiunt, apparebit, qui sunt Lutheranae factionis. Si quis dixerit aliquid aequius, mox audit a fremetibus; Luthero pejor. Sunt ingenia modesta, quae malunt quiescere, quam cum talibus contentionem suscipere. Sunt, qui in gratiam privatam deflectant a sua sententia: sunt qui metuant aut sperent aliquid, eoque premant, quod judicant optimum: sunt, qui non intelligent, quod nude proponitur: sunt, qui iisdem affectibus excaecati sunt, quibus Beda: sunt, quos utcunque sanos clamor ac tumultus aliorum, ita ut sit, agit in furias. Ita non sit, sed extorquetur senatusconsultum. In quo prodendo rursus, qui extorserunt, admiscent

B 2

affe-

*affectus suos, aliis vel insciis, vel conniventibus.  
Et hoc dicitur collegii decretum. Idem Erasmus  
in supputatione errorum in censuris Bedae: De-  
liguntur, ait, deputati ad id idonei, quos optant  
ii, quorum vel auctoritas vel improbitas vincit in  
collegiis, in quibus frequenter, quod ait Livius, ma-  
jor pars vincit meliorem, nonnunquam minor, sed  
importunior superat & majorem & meliorem.  
Allegatur relator. Decernitur. Interim cum  
scribis res est. Et hic infulciuntur quaedam  
obiter, quae vel non sentiuntur vel dissimulan-  
tur. Quae dum consideramus, ipsi mirati  
sumus nonnunquam, principes evangelicos in  
protestatione & appellatione sua ausos fuisse  
salutem suam & doctrinam concilio, cuius mem-  
bra maximam partem caesari, qui eos jam da-  
mnaverat, pontifici Romano, regibusque &  
principibus catholicis obnoxia futura erant,  
committere. Quid, credis, futurum erat, si  
caesar precibus eorum annuisset, atque concili-  
um, quod tantopere flagitabant, convocasset?  
Annon multitudine discentientium obruti ipsi  
pauciores corruissent, atque damnationem cer-  
tam subiissent? Ita credidimus olim, & cohori-  
tuimus nonnunquam, dum haec cogitavimus,  
atque imaginem famosi illius concilii Dordra-  
ceni nobis ob oculos posuimus, quod theologi  
remonstrantes in Belgio etiam expetierant, de-  
inde*

inde vero iniquissimum in se fuisse, ex plurimis  
verisimilibus rationibus ostenderunt apud Bent-  
hem im Holländischen Kirch- und Schulen-  
Staat Part. I. cap. 14. § 18 sqq. Sed nunc, re-  
rectius cogitata, principes ordinesque ab omni  
imprudentiae nota absolvimus, atque secure ad  
concilium provocasse existimamus. Neque e-  
nim per concilium congregationem aliquam  
cleri intelligebant, nec multitudini suffragiorum  
se submittebant, id quod sine dubio periculo-  
sissimum fuisset. Expetebant concilium libe-  
rum, universale et Christianum, non ergo con-  
ventum cleri solius, verum Christianorum o-  
mnium, etiam laicorum. Clara satis sunt ver-  
ba in ipso protestationis & appellationis instru-  
mento die 27. Aprili anni 1529. confecti :  
*Protestiren / recusirn / provocirn / appellirn /*  
*supplicirn* und berussen wir die obgemelten  
Churfürsten und Fürsten / für uns selbst / un-  
sere Unterthanen / und Verwandten / auch he-  
ßige und fünftige Anhänger / und *adhaerenten* /  
in und mit dieser gegenwärtigen Schrifft / in  
der pesten Form und Maß / wie wir sollen und  
mögen / von allen obangezeigten Beschwehrden /  
so uns von Anfang dieses Reichs-Tags / bis zu  
Ende / und mit dem vermeinten Abschiedt be-

B 3

ge=

gegendet seyn / Auch aller Handlung und aller andern Beschwerungen / wie die daraus entspringen / oder hierunder gezogen oder volgen werden mögen / sie seind hierinnen benennt oder nit / ire Untüglichkeit und nullitet in allweg vorbehalten / zu und für die Römische Käys. und Christliche Mayst. unserm allergnädigsten Herrn / und darzu an und für das schierst fünftig frey Christlich gemein Concilium und Versammlung der Heiligen Christenheit / für unser national- zusammen - kommen / und darzu einem yden dieser Sachen bequemen unparthenischen und Christlichen Richter / Und unterwerffen uns / unser Fürstenthumb / Herrschafften / Land und Leute / Leyb und Gut / auch alle hezige und fünftige dieser unser Appellation Anhenger / in der Kaiserlichen Mayst. und eines Christlichen Concilii Schutz und Schirm. Volebant scilicet tale concilium, quod cum primo concilio Christiano in omnibus conveniret. Id si obtinuisserit, nihil eis metuendum erat. Apparebit hoc luculenter, si primum illud concilium Hierosolymitanum, quod Aetor. XV. memoratur, accurate consideres. Est hoc sine dubio pri-

primum Christianum concilium. Nam, quod  
alii antiquius quoddam, Caesareanum nempe, si-  
bi fingunt, & locum *Matth. XVI*, 13. *sqq.* huc  
trahunt, nec refutatione quidem indiget, quum  
ex inspectione ipsius loci corruat. Istud ita-  
que concilium Hierosolymitanum, primum,  
& auctoritate ipsorum apostolorum munitum,  
norma conciliorum omnium esse debet. At-  
que principes protestantes, dum ad concilium  
provocarunt, tale procul dubio intellexerunt,  
quale illud Hierosolymitanum fuit. Fuit autem  
hoc concilium Hierosolymitanum toto cœlo  
diversum a conciliis sequentium temporum.  
Potissimæ differentiae hae sunt, quod 1) dissen-  
tientes ipsi sponte, nemine cogente, in decisio-  
nem conventus Hierosolymitani consenserunt  
& compromiserunt, *Actorum XV*, 2. ad sequen-  
tia vero concilia altera pars invita plerumque  
tracta sit, deinde 2) conventus Hierosolymita-  
nus ex toto populo Christiano, clericis laicis-  
que, constiterit, *Actorum XV*, 4. 6. 22. sequentia  
concilia solus clerus, tanquam ecclesia reprae-  
sentativa, habuerit, porro 3) in conventu Hie-  
rosolymitano utraque pars sufficienter audita,  
& ad liberam disputationem admissa, *Actorum*  
*XV*, 7. in sequentibus vero conciliis alteruter  
vel plane non, vel saltem perfunctorie auditus  
ac tamen damnatus sit, tum 5) decreta conci-

lii

lii Hierosolymitani unanimia, *Acto. XV*, 25. sequentium vero ex consensu majoris partis confecta fuerunt, denique 6) decretum concilit Hierosolymitani absentibus fratribus non pro imperio obtrusum, sed consilii instar ad eos misum, atque ab iis sponte receptum sit, *Actorum XV*, 27, 28, 31. sequentia concilia absentibus vel dissentientibus, ni jussa sua reciperent, anathema, exilium, infamiam, dejectionem de dignitate, vincula, fustium ictum & mortem denunciarunt, quin imo, implorata magistratum ope, irrogarunt. Quis ergo non videt, principes protestantes prudentissime ad concilium provocasse, nihilque illis, si tale, quale Hierosolymitanum fuit, & cuius simile procul dubio optarunt, impetrassent, metuendum fuisse.

## VIII.

**A**ugustanae confessionis conditores, qui, omnes homines naturaliter in mala proclives esse, dicunt, & Jcti, qui unumquemque in dubio bonum praesumunt, non dissentiant invicem, sed amice conspirant.

## IX.

**V**na actio potest simul bona & mala, simul justa & injusta esse.

In

In articulo II. naturalis hominum in prava proclivitas memoratur: Nach Adams Fall seynd alle Menschen von Mutter-Leib an voller bösen Lust und Neigung/ und können keine wahre Gottes-Furcht / keinen wahren Glauben an Gott von Natur haben. Cui doctrinae aperte contradicere videntur ICti, dum regulam hanc stabiunt: *In dubio quilibet prae-sumitur bonus*; seu, ut verbis Innocentii III. pontificis in c. un. X. de Scrutinio in ordine faciendo, utamur; *illum, quem indignum esse non novimus, dignum debemus aestimare.* Laborarunt iam alii de harum regularum cum principiis Christianae religionis conciliatione. Nos sic sentimus: Bonitas & iustitia actionum humanarum dupli ratione considerari potest, intrinsecus & extrinsecus. Si intrinsecus spectetur, ea demum actio bona iustaque est, quae non solum legibus accurate convenit, sed & ex bona mente, veraque virtute & animo legibus satisfaciendi proficiuntur. Extrinsecus vero actio bona & iusta erit, quae saltem legibus congruit, quamvis principium eius bonum non sit, sed vel metus poenae, vel ambitio, vel voluptas, vel avaritia eam invito extorserit. Contingit itaque saepissime, ut eadem actio diversimode considerata simul bona & mala, simul iusta &

C

iniusta

iniusta sit. Non possumus rem melius explicare, quam illam iam tum explicit Gratianus in *can. 65. caus. II. qu. 3.* cuius verbis ideo utemur: *Sententia aliquando est iniusta ex animo proferentis, iusta vero ex ordine & causa: aliquando est iusta ex animo & causa, sed non ex ordine: aliquando iusta ex animo & ordine, sed non ex causa.* *Quum autem ex causa iniusta fuerit;* aliquando nullum in eo omnino, qui accusatur, delictum est, quod sit damnatione dignum; aliquando non est in eo illud, supra quod fertur sententia; sed ex alio notandus est. *Ex animo est iniusta,* quum quis, servata integritate iudicarii ordinis, in adulterum, vel in quemlibet criminofum, non amore iustitiae, sed livore odii, vel pretio, aut favore adversariorum inductus, sententiam profert. *Vnde Beda super Epistolam Jacobi ait:* *Ira enim viri iustitiam DEI non operatur: quia, qui iratus in aliquem sententiam profert, et si ille, quantum ad se, iustum reportet sententiam; iste tamen, qui non amore iustitiae, sed livore odii eam sententiam dedit, iustitiam DEI, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.* Nunc ad applicationem: ICti, qui abditissimos animorum humanorum recessus scrutari nequeunt, conformitate actionum cum legibus, seu bonitate & iustitia externa, contenti quemlibet bonum esse, id est, legibus congruen-

gruenter vivere & agere praesumunt. Atque hoc theologi etiam credunt, neque unquam mortale aut actuale peccatum in dubio supponunt. Vtrique tamen, dum naturalem mortalium in mala proclivitatem norunt, eundem hominem, qui bene & secundum leges agit, malum tamen intrinsecus esse, affectibusque suis indulgere, atque plerumque vel metu inductum, vel ambitione inflammatum, vel ex alia vituperabili causa legibus obedire credunt.

## X.

**D**ictum Pauli: *Quidquid non ex fide est, peccatum est; propriè de conscientia seu certo animi iudicio agit, recte tamen ad fidem etiam salvificam extenditur.*

## XI.

**I**gitur dictum hoc in iure canonico ad probandum, quod bona fides in omni praescriptione sit necessaria, bene adhibetur.

**I**n articulis IV, V, VI, & XX. multa de fide effectibusque eius proponuntur, quae deinde in *Apologia Augustanae confessionis* repetuntur, desumptisque quam plurimis ex sacro codice locis illustrantur & explicantur. Inter ista loca reperitur etiam dictum Pauli in epistola ad Rom. XIV, 23: *quicquid non ex fide est, peccatum est.*

G 2

Idem

Idem Pauli dictum bis in iure nostro canonico allegatur & explicatur; primum in *can. 44.* de *poenitentia distinct. 3,* ubi sic Gratianus: *Illud Ambrosii: Etsi fides desit, poena satisfacit; non de ea fide intelligitur, de qua dicitur: fides sine operibus mortua est; sed de ea, de qua Apostolus ait: omne, quod non est ex fide; id est, omne, quod sit contra conscientiam, peccatum est.* Deest ergo fides, quum non subest conscientia peccati. Sed, quia delicta omnia nullus intelligit, est aliquando peccatum in homine, cuius non habet conscientiam. *Vnde Apostolus ait: Nihil mihi conscientius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Cuius ergo peccati deest conscientia; illius poena, si patienter feratur, satisfacit, & relevat gravatum; deinde in *cap. ult. X. de praescript.* ubi ita Innocentius III. pontifex: *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est;* *synodali iudicio definitus, ut nulla valeat absque bona fide praescriptio, tam canonica, quam civilis.* *Quum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest observari.* *Vnde oportet, ut, qui prescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae.* Derident communiter interpres, in primis evangelicae religioni additi, pontificem, quod dictum istud ad bonam fidem, quae in praescriptionibus desideratur, trahat,

hat, aiuntque, apostolum de fide salvifica age-  
re, non de conscientia, seu animi iudicio, seu illa  
ipsa bona fide in præscriptionibus necessaria.  
Diu nos idem credidimus, & cum vulgo ponti-  
ficem derisimus. Incidimus vero tandem in *Groti-  
tum lib. 2. de lute belli ac pacis cap. 23. §. 2*, ac  
animadvertisimus, ab eo vocem fidei similiter,  
de conscientia nempe seu animi iudicio, expli-  
cari. Quam explicationem idem *Grotius in  
commentariis ad epistolam ad Rom. XIV, 22. sqq.*  
firmat amplius : Πίσις, inquiens, hic est per-  
suasio ea, per quam quis credit, licitum esse id,  
quod facit: *adsensus conscientiae*: ὅτι ἐν ἐκ-  
πεισμῷ. Non cum firma persuasione licitum esse  
quod facit. Optimum enim illud; *Quod dubitas,*  
*ne feceris;* apud Ciceronem, tritum & Hebraeo-  
rum proverbio. Πᾶν δὲ ὁ ἐκ πίσεως, ἀμαρτία  
ἐστιν. Peccatum est, quicquid fit conscientia non  
adstipulante. Hoc monitum Iudeos, qui Christia-  
ni facti erant, spectat, ne aliorum exemplo id fa-  
cerent, quod ipsi aut licitum non putabant, aut  
certe valde de eo dubitabant. Quibus repertis,  
evolvimus perlegimusque attente totum Pauli  
caput, convictique plene suimus, Gratianum,  
**Innocentium III.** & Grotium Pauli mentem  
optime perspexisse. Fluere autem iterum  
cepimus, postquam *Apologiam Augustanae con-  
fessionis* in manus sumsimus, in eaque Pauli di-

C 3

Etum

Etum inter argumenta pro fide salvifica collecta collocatum deprehendimus. Nam religioni nobis ducimus, auctoritatem *Apologiae eius* non sequi. Simul tamen interpretationem in iure canonico bis factam & verisimilem valde damnare non audemus. Sustulere tandem hunc tumultum Balduinus & Hulsemannus, theologi incomparabiles, quorum loca *Calovius in notis ad famosum illud caput XIV.* excerptis. Hic nos docuerunt, & iuris canonici & *Apologiae nostrae* auctores recte sensisse. Videlicet Pauli locus, sicut ex inspectione eius clare apparet, de fide conscientiae agit primario, & in hac significatione recte a Gratiano & Innocentio III. adhibetur. Idem tamen ex rationis similitudine, imo exsuperantia, ad fidem quoque salvificam extenditur, atque ita non male ab *Apologiae* auctoriibus adhibetur. Adiiciemus ipsa *Balduini* verba : *Si ea, quae absque ista fide fiunt, qua credimus aliquid esse concessum in rebus adiaphoris, peccatum sunt; multo magis peccata erunt, quaecunque fiunt absque certa fiducia cordis in Christum.* Atque sic dictum hoc apostoli ab hypothesi ad thesin, vel etiam ab inferiori specie fidei ad superiorem recte accommodare possumus. Est enim generalis aphorismus de omni fide verus : *Quicquid absque fide fit, peccatum est; sive intelligatur fides historica, sive fides*

*fides conscientiae, sive fides in Christum &c. Ni-  
bil igitur obstat, quo minus etiam de fide iustifi-  
cante hoc dictum explicari queat, licet hic ad a-  
liam speciem applicetur.*

## XII.

**D**ictum Salomonis: *ne sis nimium iustus; Ictis  
maxime commendari debet.*

**A**rticulum IV, in quo homines propriis viri-  
bus, meritis aut operibus iustificari posse  
negantur, egregie Salomon in *Ecclesiast. VII, 17.*  
explicat: *Ne sis, inquiens, nimium iustus.*  
Mens Salomonis haec est: non debere homi-  
nem sibi ipsi perfectam & absolutam ex omni  
parte pietatem & probitatem adscribere, nec in  
aliis etiam rigidum nimis iustitiae exactorem  
esse. Rationem addit in §. 20, ubi: *Non est  
enim, ait, homo iustus in terra, qui faciat bonum  
& non peccet.* Pulcherrima haec philosophia  
est, & Christiano quidem omni, sed tamen in-  
primis Icto utilis & pernecessaria, quam etiam  
alii non Christiani, cordati tamen viri, agno-  
vere. Laudat *Cicero in Philippica IX. cap. 5.*  
*n. 10. II. Ser. Sulpicium Ictum his verbis:* *Nec  
vero silebitur admirabilis quaedam, & incredibi-  
lis & pene divina eius in legibus interpretandis,  
aequitate explicandis, scientia. Omnes ex omni-*

ae-

aetate, qui hac in civitate intelligentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus, quam iustitiae fuit. Ita ea, quae proficiscebantur a legibus & a iure civili, semper ad facilitatem aequitatemque referebat: neque instituere litium actiones malebat, quam controversias tollere. Quid hoc aliud est, quam: Ser. Sulpicium regulam hanc: ne sis nimium iustus; accurate observasse? Nihil vero dicto Salomonis magis consonat, quam lex 8. C. de Iudiciis, in qua Constantinus & Licinius Augusti Placuit, inquit, in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque, quam stricti iuris, rationem.

## XIII.

**C**ura animarum etiam ad principes & magistratus pertinet.

**I**n articulis V. item XXVII. expositio verbi divini & administratio sacramentorum sacerdotibus ac clero attribuitur, atque in hoc potestas sacra a potestate civili distingvitur. Num ergo cura animarum plane ad potestatem civilem non pertinet? Ita perhibent scriptores catholici antiqui omnes, ac principem & magistratus a cura animarum prorsus excludunt, iisdemque po-

potestatem in rebus fidem christianam & salutem aeternam spectantibus decernendi dengant, atque tantum ius exsequendi tribuunt. Si qui dissenserunt, horum libri publice ab ipsis, pro quibus scriplerunt, principibus improbatim damnatique fuerunt. Primus ex catholicis publica auctoritate nixus probatusque principium iura hac in parte adseruit *Petrus de Marca*, archiepiscopus Parisiensis, *de Concordia sacerdotii & imperii*. Et recte. Nam principis curae salus civium generaliter commissa est. Hanc vero non ad solum corpus restringi, sed ad animam quoque, potissimum & nobilissimum hominis partem, extendi oportet. Curet itaque princeps, ut rectae doctrinae publice proponantur ac civibus omnibus innotescant, & hi iisdem congruenter vivant, nec dogmata impia audiant. Sed plura addi, necesse non est, postquam *Grotius*, curam animarum ad summam in republica potestatem pertinere, pluribus ex recta ratione, & sacro codice desumptis argumentis ostendit, testimoniosisque patrum ecclesiae firmavit in commentariis *de Lure summarum potestatum circa sacra c.i. §.6. /qq.*

## XIV.

**E**ccllesia nec monarchia est, nec aristocracia, sed corpus aliquod ex pluribus ordinibus constans.

D

XV.

## XV.

**E**rrant ergo, qui soli clero potestatem de rebus  
& negotiis ecclesiae disponendi ad-  
scribunt.

## XVI.

**P**raxiſ ecclesiae christianaſ antiquiſſimae nequit  
ob mutatam rerum faciem per omnia noſtræ  
ecclesiae pro norma praescribi.

**I**n articulo VII. ecclesia recte definitur die  
Versammlung aller Gläubigen / & in apo-  
logia huius articuli arguitur error pontificiorum,  
qui ecclesiam monarchiam esse, in qua Roma-  
nus pontifex absolutam potestatem exerceat,  
perhibent. Non dissimilis huic errori est error  
alius, quo multi etiam hodie ecclesiam pro ari-  
stocracia venditant, omnemque in ea potesta-  
tem clero adscribunt. Pugnat hoc aperte cum  
Augustana confessione, pugnat etiam cum ra-  
tione & aequitate naturali, secundum quam ec-  
clesia corpus aliquod est, ex pluribus ordinibus  
ceu membris compositum, qui ordines non sin-  
guli, sed omnes coniunctim, summam potesta-  
tem exercent. Sunt vero ordines illi magistra-  
tus, patroni, clerus, plebs. Quemadmodum  
ergo in antiquissima republika Romana nullus  
**ex** ordinibus, qui populum Romanum consti-  
tue-

tuebant, sigillatim quid poterat, sed senatum, equites & plebem congregari oportebat, ita & isti ecclesiae ordines in rebus, quae ad regimen ecclesiae spectant, consentiant necesse est. Vti vero in illa, de qua dixi, republica Romana populus communi consensu seu expresso seu tacito, per longissimum usum declarato, negotia quaedam alicui ex ordinibus relinquebat, vel etiam potestatem suam in principem transferebat, sic & in ecclesiis nostris confusionis vitandae caussa multa, quae ad totam congregationem pertinebant, per magistratus, multa per patronos, multa per clerum expediuntur, in plerisque principes potestatem omnem acceperunt, & vel ipsi vel per consistoria sua exercent. Vbi autem de huiusmodi consensu seu expresso seu tacito non constat, insistendum est primo instituto, atque, quoties negotium magni momenti incidit, res ad totam congregationem referenda. Clerus, ut recte in *articulo V.* dicitur, ministerium saltem in docendo verbo divino & ministrandis sacramentis praebet. Qui dissentiunt & clero plus tribuunt, provocant subinde ad praxin primae ecclesiae christianaee, in eaque multa maximi momenti ab apostolis, ab episcopis, a synodo, a presbyteris, non convocato populo, gesta & conclusa fuisse, ostendunt. Nec negari hoc potest. At enim vero arguen-

D 2 dus

dus est generalis error eorum, qui praxin primae ecclesiae per omnia nostris ecclesiis pro norma obtrudere volunt, immemores, diversissimam tunc rerum faciem fuisse, qua penitus mutata, non possunt semper veteres mores ad nostra tempora commode trahi. Nullus tunc erat magistratus christianus, ac populus hinc inde dispersus aegre & non sine magno periculo in unum congregabatur. Pleraque ergo negotia per episcopum, clerum, presbyteros expediri oportebat. Sed hodie haec omnia se longe aliter habent. Vivit ecclesia sub magistribus, sub patronis, stabilitus est per pacta & leges iustus ordo, & in rebus, de quibus nihil constitutum, totus populus ius, quod naturaliter habere debet, retinet. Res optime exemplo illustrabitur. Id vero ex responso, quod praeses nomine ICtorum Helmstadiensium mense septembri anni clo 15 CCXXVI. exaravit, desumemus : Wird zu wissen verlanget/ Ob der Clerus Zug und Recht habe ohne vorwissen der Kirche und der Patronen/ auch der weltlichen Obrigkeit, einen bösen Lehrer von seinem Ambte zu suspendiren oder gar zu setzen. Nun könnte zwar gedachter clerus vor sich anführen/ daß sowohl Paulus i. ad Timoth. V, 19, 20.

als

als die *Canones Apostolici Can. 31.* dem Bischofe allein die Macht/ einen Priester seines Ambs zu entsezzen/ geben/ solche Macht auch in den Canonischen Rechten den Bischöfen nicht genommen/ sondern nur dergleichen Absetzung in synodali conventu vorzunehmen befohlen sey/ *Can. ult. caus. 15. quaest. 7.* Dieweil aber nach göttl. und natürl. Rechten die Beruffung eines Lehrers und Predigers eigentlich der ganzen Kirche und Gemeinde/ der er vorgesetzet werden soll/ und keines Weges dem Clero allein/ zustehet/ folglich auch die Macht/ einen solchen Prediger wieder zu entsezzen/ eben derselben Kirche zu lassen ist/ und denn die ganze Kirche nicht von dem Clero allein/ sondern zugleich von der Obrigkeit/ Kirchen=Patronen und Gemeinde repraesentiret wird/ nächstdem die Entsetzung und Suspension eines Kirchen=Dieners accuratam causae cognitionem erfodert/ mit hin ein actus iurisdictionis ist/ demnach a clero, welchem keine Gerichtsbarkeit zustehet/ nicht exerciret werden mag/ sondern denenigen/ denen die iurisdictio ecclesiastica zu kommt/ zu überlassen; dieses auch der praxi

D 3

der

der Protestantischen Kirchen durchaus gemäß ist /  
vid. Carpz. *Iurisp. Consist.* lib. 3. Def. 110. & III.  
*Schilt. Instit. Iuris Can.* lib. 1. tit. 19. §. 9, ferner  
der Zustandt der alten Apostolischen Kirche /  
bei welcher die weltliche Obrigkeit nicht con-  
curriret / und die Gemeinden in kein rechtes  
corpus und collegium versammlet waren /  
sondern nur aus wenigen hin und wieder zer-  
streueten Leuten bestanden / von dem unserigem  
gänzlich unterschieden / und die Kirchen-Disci-  
plin in eine rechte Ordnung gebracht worden /  
weiter die protestantische Superintendenten  
und ihr Clerus sich der in den canonischen  
Rechten den Bischöfen und ihren Synodis ge-  
gebenen Iurium schlechtweg nicht anmassen  
kan / sondern die vornehmste derselben der ho-  
hen Obrigkeit und den ihnen vorgesetzten Con-  
sistoriis überlassen muß ; So ist der Clerus  
in gegenwärtigem Falle ohne Consens der  
Kirche / Patronorum, und der ordentlichen  
Obrigkeit einen Prediger von seinem Ambte  
zu suspendiren oder zu entsezen nicht be-  
fugt.

XVII.

XVII.

**P**ropter baptismum poena delictorum, in primis  
homicidii, non recte remittitur.

In articulo IX. de baptismo dicitur, daß dadurch  
Gnade angebothen werde. Id vero in La-  
tino exemplari de gratia Dei recte explicatur,  
nec ad gratiam hominum extendendum est.  
Equidem non pauci, quos *Tiraquellus de poenis  
temperandis aut remittendis causa* 25. memorat,  
existimant, homicidae Iudaeo vel alii non chri-  
stiano, si christianus efficiatur & baptismum ac-  
cipiat, ultimum supplicium remittendum esse.  
In primis *Thomas Ferrarius caut.* 24 refert, Pa-  
duae Iudaeum, qui, commisso enormi delicto,  
christianum se fecerat, convocatis illustribus to-  
tius académiae doctoribus, & causa in utram-  
que partem disputata, liberatum fuisse. Nos  
vero isti opinioni manifesto iniquae *Ovidii tan-*  
*tum verba ex libro 2. Fastorum* opponimus:

*Ab nimium faciles, qui tristia crimina caedis  
Fluminea tolli posse putatis aqua.*

XVIII.

**L**egitima vocatio & electio ministrorum ecclesiae  
in prima ecclesia penes totum populum fuit,  
deinde patronis attributa est.

XIX.

## XIX.

**M**ala, quae ius patronatus comitantur, maiora adhuc sunt in electione populari.

## XX.

**E**rgo optandum non est, ut, abolito iure patronatus, pri/ca electionum facies reducatur.

**I**n articulo XIV. omnes, qui legitime vocati non sunt, a ministerio ecclesiastico arcentur. Vastissimus hic scle aperit campus de legitima vocatione agendi. Sed ipsa haec amplitudo argumenti nos absterret. Ergo paucis saltem sententiam nostram proponemus. Ius eligendi & vocandi sacerdotes seu sacrorum ministros in prima christiana ecclesia sine dubio penes totum coetum seu populum, qui magistratus, clericum & plebem comprehendit, fuit. Vide Actorum I, 15, 23, 24. & VI, 2, 5, 6. Invectum deinde ius patronatus electionem hanc & vocationem populo in plerisque locis abstulit, principique, magistratibus & praediorum dominis passim adscripsit. Non diffitebimus, nos diutissime hoc ius patronatus inter tyrannides retulisse, & populum inique ab electione exclusum credidisse, ac optasse saepius, ut pristina rerum facies

facies rediret populoque ius suum & libertas  
 restitueretur. At enimvero postquam popula-  
 ris electionis incommoda & infinitas, quas illa  
 & olim excitavit, & adhuc hodie, ubi superest, ex-  
 citat, turbas attentius consideravimus, Deo gra-  
 tias agere incepimus, quod illam maxima ex parte  
 aboleri passus sit, nec bene cum ecclesia actum  
 iri credimus, si ea unquam reducatur. Sunt,  
 quod non negamus, mala multa, quae ius pa-  
 tronatus comitantur, sed tamen longe minora  
 iis, quae ex populari ele<sup>t</sup>ione fluunt. Indi-  
 gnos aliquando & improbos homines patronus  
 ecclesiae suae obtrudit ; Sed plebs imperita &  
 coeco adse<sup>t</sup>tu in transversum acta saepe idem  
 facit. Committunt subinde crimen simoniae  
 patroni; at in populo crimen ambitus exerce-  
 tur, etiam maiore improbitate. Quin nec a  
 simonia immunis est populus. Exemplum pa-  
 tri simoniaci subtilissimi inter sacerdotem & coe-  
 tum eius, qui ius eligendi habebat, initi, quo ille  
 miro artificio sacerdotium suum fere heredita-  
 rium fecerat, retulit *Praeses in Specimine XLIV.*  
*de Variis pactorum successorum generibus, me-*  
*dit. 3.* Stipulatus ille sacerdos fuerat, ne post  
 mortem suam populus unquam sibi sacerdotem  
 extra ipsius familiam eligeret, & vicissim popu-  
 lo summam pecuniae non modicam donarat;  
 addito tamen pacto, ut, si populus alium sacer-  
 dotem

E

dotem

dotem eligeret, pecunia ista omnis cum usuris,  
a die pacti initi computandis, heredibus suis re-  
stitueretur : unter Vorbehalt und mit fol-  
gender Bedingung / daferne seiner Söhne kei-  
ner zum Pastorat solte gelangen / oder an der  
Succession behindert und von andern verdrun-  
gen werden / sodann auch / nach obgemeldten  
Abgang der Söhne / der Töchter keine durch  
Heyrath bey der Pfarr bleiben würde / daß  
solchen Falls das Kirchspiel W. soll schuldig  
und gehalten seyn / ohne Wiedersprache / Aus-  
flucht und Liquidation ferner an die überblie-  
bene Erben Pastoris D. wegen dieser Ansode-  
rung 400. rthl. a dato dieses an sammt der in-  
teresse aufrichtig und redlich zu bezahlen.  
Et consequutus etiam fuerat hoc pacto sacer-  
dos, ut munus ultra saeculum in familia eius  
perstitisset, atque iam in pronepotem continua-  
tum esset. Et forsan permanisset in eius fami-  
lia diutius, nisi hic ipse pronepos vita sua flagi-  
tiosissima turpissimisque moribus meruisset, ut  
deiiceretur. Tum vero posteri sacerdotis con-  
surgebant, atque quadringenta illa cum usuris  
centum plurimumque annorum repetebant. Non  
credimus, unquam simile pactum cum patrono  
initum fuisse. Sed sunt praeterea singularia in-  
com-

commoda, quae in iure patronatus accidere uix possunt, in populari autem electione quotidie contingunt. Intelligimus turbas, clamores, minas, vim, conspirationem. Incredibile multis videbitur, quod dicimus, sed verum tamen est; plerasque in antiquissima ecclesia christiana factas electiones optimorum episcoporum, qui hodie sancti vocantur, turbulentas, violentas, clamolas fuisse, ac, si nostro tempore fierent, aperte damnatum iri. Ex infinitis exemplis duo saltem memorabimus in praesens. De Athanasii electione synodus Alexandrina epistola synodica, quae in *Athanasii Apol.* 2. reperitur, fatetur, omnem multitudinem populumque in unum coactum clamoribus vociferationibusque postulasse, Athanasium ecclesiae episcopum dari, idque publicis votis a Christo expetiisse, & patres, uti facerent, per multos dies ac noctes iureiurando obtestatos fuisse, quum interea nec ipsi ab ecclesia discederent, neque patribus discedendi facultatem permitterent. Similis ferme fuit Martini, episcopi Turonensis, electio, de qua *Sulpitius Severus in vita Martini* : *Sub idem, inquit, fere tempus ad episcopatum Turonicae ecclesiae petebatur. Sed quum erui a monasterio suo facile non posset, Ruridus quidam, unus e civibus, uxoris languore simulato, ad genua illius provolutus, ut egredie-*

deretur, obtinuit. Ita dispositus iam in itinere civium turbis, sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex viciniis urbibus ad suffragia ferenda convenerat. Una omnium voluntas, eadem vota eademque sententia, Martinum episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali ecclesiam sacerdote. Pauci tamen & nonnulli ex episcopis, qui ad constituendum antistitem fuerant evocati, impie repugnabant, dicentes: scil. contemptibilem esse personam, indignum esse episcopatu hominem vultu despicabilem, ueste sordidum, crine deformem. Ita a populo sententiae sanioris haec illorum irrata dementia est, qui illustrem virum, dum vituperare cupiunt, praedicabant. Nec vero aliud his facere licuit, quam quod populus Domino volente cogebat. Inter episcopos tamen, qui affuerant, praecipue Defensor quidam nomine dicitur restitisse; unde animadversum est, graviter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam quum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum exspectatur, qui non aderat, unus e circumstantibus sumpto psalterio, quem primum versum invenit, arripuit. Psalmus autem erat: Ex ore infantium & lacientium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & defensorem. Quo lecto, clamor

*mor populi tollitur, diversa pars confunditur.*  
 Agnovere deinde iurium conditores manifesta  
 priscarum harum electionum vitia damnarunt-  
 que. Concilium Sardicense in *can. 6. dist. 63.*  
*Non est, ait, permittendum, turbis electionem eo-*  
*rum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.*  
 Idem Concilium in *c. 2. X. de Electione* electiones,  
 quae ad clamorem populi fiunt, improbat. Iu-  
 bet *lex 31. C. de Episcopis*, eum, qui ad episcopa-  
 tus gradum provehitur, puris hominum menti-  
 bus, nuda electionis conscientia, sincero omni-  
 um iudicio proferri. Nicolaus II. Pontifex *in*  
*can. 9. dist. 79.* eum, qui populari seu militari tu-  
 multu sine concordi & canonica electione apo-  
 stolicae sedi inthronizatur, non apostolicum,  
 sed apostaticum appellat, atque licentiam dat  
 cardinalibus, eum humano auxilio & studio a se-  
 de apostolica repellendi &, quem dignum iu-  
 dicaverint, proponendi. Toleraverunt tamen  
 adhuc electionem, quae fit per conspirationem,  
 quum scilicet aliqui ex eligentibus de certa per-  
 sona invicem convenerunt, eamque deinde re-  
 liquis tumultuose obtrudunt. Toleraverunt,  
 inquam, iurium conditores talem electionem  
 sub specioso inspirationis & adorationis titulo,  
 atque in ipso summo pontifice probarunt, *c. 42.*  
*X. de Electione.* At enimvero, ut rectissime  
*Zegerus Bernhardus van Espe in lute ecclesiasti-*

co P. 2. tit. 21. c. 4. §. 9. observat, sub praetextu huiusmodi inspirationis & divini impulsus saepissime regulae electionum praescriptae negliguntur, & tumultuariis ac precipitatis electionibus via aperitur. Quod ut Gregorius XV. Pontifex M. animadvertisit, bullam edidit, in eaque providentissime sustulit electionem per adorationem, qua cardinales aliquot eum, cui favebant, in sede collocare, pro more venerari atque exemplo suo ceteros cardinales invitatos saepe ad imitandum compellere consueverant. Tam bonae iustaeque leges turbulentas elections omnes sustulisse videntur. At nihil illae contra malitias hominum pertinacissimas potuerunt. Rarissimae supersunt ecclesiae, in quibus electio toti populo relictia est. In plerisque collegium aliquod cardinalium, canoniconorum, monachorum &c. eam sibi arrogavit. Sed & hi tamen, homines se esse, documentis maximis & luculentissimis ostendunt. De electionibus summorum pontificum Romanorum nihil dicimus. Vide *Historiam conclave Italice scriptam* & in lingvam Gallicam translatam. De clericis & monachis, ne quid odio dedisse videamus, non nostri, sed catholici auctoris verbis uteamur. Est ille *Brantomius*, vir ingenuus & veri amantissimus, Gallus quidem, sed qui res Germanicas historiis suis saepe immiscet, & in hoc

hoc ipso, quem mox adferemus, loco de Gallis  
aeque & Germanis agit. Sic autem ille dans  
les Vies des hommes illustres & grands Capitaines  
François de son temps Part. I. pag. 251. sqq. J'ay  
oui conter à une grande Dame, d'avoir entendu  
dire autrefois à ce grand Roy François, que le  
sujet, qui le porta le plus à faire le concordat avec  
le Pape Leon pour abolir du tout les élections des  
Evesques, Abbez, & aucuns Priorez, & s'en pre-  
valoir des nominations, fut les grands abus qui  
s'y faisoient en telles élections parmy le Moines;  
Car sans aucun égard à la suffisance, bien que de  
ce temps-la ne s'en trouvoit dans les cloîtres ny  
de sçavoir non plus, ils élisoient le plus souvent ce-  
luy, qui estoit le meilleur compagnon, qui aimoit  
plus les garces, les chiens, & les oiseaux, qui estoit  
le meilleur biberon, bref, qui estoit le plus debau-  
ché, à fin que l'ayant fait leur Abbé, ou Prieur,  
par après il leur permist faire toutes pareilles de-  
bauches, dissolutions & plaisirs, comme de vray  
l'en faisoient auparavant tres-bien obliger par  
bons sermens, & faloit, qu'ils le tinssent par amour  
ou par force. Le pis estoit, quand ils ne se pou-  
voient accorder en leurs élections, le plus souvent  
s'entrebattoient, se gourmoient à coups de poing,  
venoient aux braquemars & s'entreblessoient,  
voire s'entretuoient; bref, il y avoit plus de tu-  
multes, ligues & brigues qu'il n'y a en la creation  
du

du Recteur de l'université de Paris, que j'ay veu autrefois, je ne scay, si cela dure. De plus aucunz élissoient quelque simple bon homme de Moine qui n'eust osé grouiller, ny commander faire autre chose si non ce, qui leur plaisoit, & le menaçoient, s'il vouloit trop faire du galant & rogue superieur. Bref, une infinité d'abus se commettoient en ces élections & creations, que je tairay pour ce coup. Or il faut noter, que s'il y a eu des abus es élections & creations Monachales il y en a bien eu autant és Canoniales & celles des Evesques, qui pour avoir les voix des Chanoines & de ceux, qui en tenoient les principales dignitez, on les gagnoit & achettoit à purs deniers, les autres on les corrompoit par presens & promesses de force bien pour l'avenir. De sorte que cela s'appelloit plus tost une vraye simonie, qu'une legitimate & sainte election, prenant exemple sur plusieurs Papes de ce temps-là, qui gagnoient ainsi les voix & les suffrages des Cardinaux. Bien souvent aussi faisoient-ils en leurs Chapitres des tumultes, seditions, ligues & brigues, iusques à s'entre battre, se frapper, se tuer & s'entre blesser, comme cela s'est fait autrefois en Allemagne que j'ay ouï dire. Car les Chanoines estoient mauvais garçons, comme encore ils sont & s'aydoient aussi bien de l'espée que du breviaire. Les Evesques elevez & parvenus à ces grandes digni-

dignitez, Dieu sc̄ait quelles vies ils menoient, certainement ils estoient bien plus assidus en leurs dioceses qu'ils n'ont esté depuis ; car ils n'en bougeoient. Mais quoy ? c'estoit pour mener une vie toute dissoluë après chiens, oyseaux, festes, banquets, confrairies, noces, & putains, dont ils en faisoient des serrails, ainsi que j'ay ouï parler d'un de ce vieux temps, qui faisoit rechercher de jeunes, belles, petites filles de l'âge de dix ans, qui promettoient quelque chose de leur beauté à l'avenir, & les donnoit à nourrir & éllever qui çà qui là parmy leurs paroisses & villages, comme les gentils-hommes de petits chiens, pour s'en servir, lors qu'elles seroient grandes. Tout cela leur estoit permis, car nul n'eust osé leur remontrer ny censurer, tant ils estoient craints & ne craignoient nullement d' estre scandaliséz. J'en dirois davantage ; mais je ne veux pas scandaliser. Non iniuriam Germanis facere Brantomium, dum haec scribit, experientia quotidiana docet. Tulit nostra aetas electiones episcoporum turbidas, clamorosas, simoniacas. Verum de his loqui non audemus. Adscendemus paulo altius, ac, ne quis de veritate eorum, quae Brantomius habet, dubitet, ex medio saeculo superiore electionem Monasteriensem Bernhardi a Gahlen anno 1650. factam allegabimus. Mortuo scilicet Ferdinando episcopo,

F

Bern-

Bernhardus Malingrotius, capituli decanus, ut in locum eius sufficeretur, optabat, at, quia plerosque canonicorum infensos sibi norat, electionem diutius ultra quintum mensem extrahebat, ut vel dissentientes in partes suas perduceret, vel terreret tamen & invicem collideret. Quum autem in canonibus sacris statutum sit, ut ius eligendi vel praesentandi, lapsis sex mensibus, ad apostolicam sedem devolvatur, canonici satis intelligebant, Malingrotium non alia de causa electionem differre & tempus legale fere praetermittere, quam, ut vel improviso tandem occuparet, vel, devoluta ad pontificem maximum electione, ipse ab hoc, aut tamen extraneus quidam, nominaretur. Id ut impiderent, in commune consulebant, atque aliquando in convivio apud Bernhardum de Galen congregati hunc, quasi per modum inspirations, episcopum unanimi consensu renunciant, & confirmationem electionis suae a pontifice expetunt. At Malingrotius, totum id negotium vitiosum esse, vociferabatur atque Innocentio X, ut is electionem confirmare constanter recusaret, persuadebat. Mortuo vero anno  
cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LV. Innocentio, Fabius Chigi, qui olim in conventu Vestphalico nuncius apostolicus fuerat, & Galenio nostro familiariter usus erat, apostolicam sedem occupat, atque electio-  
nem

nem Galenii confessim confirmat. Nec est, quod quis inter solos catholicos talia fieri autumet. Rariora quidem sunt vitiosarum electionum inter evangelicos exempla, propterea, quod illae ubivis fere abolitae & per ius patronatus absorptaे fuerunt. Vbi tamen illae adhuc supersunt, saepe non minore, quam inter catholicos, improbitate exercentur. Recordatur praeses, ad ista, quibus & olim adsedit & nunc adsidet ac praeest, collegia lites & querelas de turbulentis ac simoniacis electionibus frequenter deferri, & contra eas responderi ac iudicari. Ex multis exemplis unum adiicimus, idque ex responso a Praeside nomine I<sup>C</sup>torum Helmstadiensium mense martio anni c<sup>lo</sup> 1<sup>o</sup> CCXXVII. dato excerptemus:

Ist Mevius, ein Prediger in einer gewissen Stadt / seit eines Jahres durch Blödigkeit des Gesichts an den Predigten und andern Ambts- Geschäftten verhindert / auch endlich bewogen worden/ bey dem Rathen umb Sezung eines collaboratoris anzuhalten. Als aber der Rath nebst dem so genanntem Stände- Stuhl die Sache an die mit dem iure patronatus verschene Gemeinde gebracht/ hat diese einen Adiunctum zu wehlen beschlossen / solchen auch/

der von dem Mevio und übrigem Ministerio  
gethanen Vorstellung ungeachtet / würcklich  
erwehlet ; wannenhero anfänglich die Frage  
entstehet / ob Mevius und die übrige Membra  
des Ministerii dabey stille schweigen können /  
und nicht vielmehr so wohl auff die Gelehrsam-  
keit / als auff das Leben und Wandel des Can-  
didati zu inquiriren und die Obrigkeit / daß sie  
diese Wahl mit Fleiß untersuche / und allenfalls  
ein Urthel darüber einhohle / zu erinnern verbun-  
den seynd. Wenn nun gleich / daß bey dieser  
mit einhelliger Bewilligung der Gemeinde / als  
Patroni, des Raths und des Stände - Stuhls  
getroffenen Wahl weder Mevius, noch das ü-  
brige Ministerium weiter etwas zu sagen ha-  
ben / vorgewendet werden möchte ; Alldieweis  
aber dem Ministerio und fürnehmlich Mevio  
höchlich daran gelegen ist / daß ihnen kein in der  
Lehre noch im Leben und Wandel unrichtiger  
Collega aufgedrungen werde / hiernächst die  
Wahl nicht gar zu ordentlich vorgegangen / in-  
dem dem Anführen nach Titius , auff welchen  
solche gefallen / alle eingepfarrte von Hauß zu  
Hauß mehr als einmahl besuchet / und umb ihr  
votum

votum angesprochen / mithin einen auch bey Civil - Chargen verhasseten und verbothenen Ambitum begangen / immassen sich auch die eingepfarrete den Abend vor der Wahl in grosser Menge bey des Titii Vater eingefunden / und sich mit einander für seine Erwehlung verbunden / also die darauff erfolgte Wahl nicht vor vollkommen frey gehalten werden mag / noch / wie es L. 31. C. de Episcopis befiehlet / puris hominum mentibus, nuda conscientia, sincero omnium iudicio, sondern vielmehr turbis und per conspirationem geschehen / diesemnach zu Recht nicht wohl bestehen kan ; So können Mevius und die übrige membra des Ministerii zu der geschehenen Wahl nicht stille schweigen / sondern seynd verbunden / auf das Leben und Wandel des Candidate zu inquiriren / und die Obrigkeit / daß sie diese Wahl mit Fleiß untersuche und allenfalls ein Urthel darüber einhohle / zu erinnern. Quae quum ita sint, electiones ministrorum ecclesiae toti populo, cui olim competierunt, sapientissimo consilio ablatas patronisque adscriptas fuisse, nec optandum esse, ut eidem populo restituantur, existimamus.

## XXI.

**L**egitimam ministrorum ecclesiae vocationem pactum omne privatum tam circa spiritualia quam circa temporalia vitiat.

## XXII.

**L**audatur hac de re bulla Innocentii XII. pontificis maximi, atque historia eiusdem narratur.

## XXIII.

**P**rohibitio hacc etiam inter evangelicos obtinet.

**O**ccasione eiusdem *articuli XIV.* de simonia agemus. Simoniacas ministrorum ecclesiae electiones & vocationes iura nostra tam civilia, quam canonica manifeste damnant. Et maior fere est iuris civilis rigor, quod in *L. 31. C. de Episcopis & clericis* invitatos saltem ad sacerdotium provehi iubet, & indignos sacro munere, quotquot illud sponte petierunt, declarat. Quae lex si servaretur, paucissimi ministrorum, quos hodie ecclesia christiana habet, officium suum retinebunt. At faciliores nunc sumus, & fugam quidem muneris sacri in ministro amplius non desideramus, sed admittimus supplices ac petentes. Rigida enim illa *lex 31. in iure canonico*

nico etsi non sublata, tamen temperata est. Nempe Gratianus in *can. 122. causa i. qu. 1.* Non quorumlibet, inquiens, precibus ordinationes factae falsae dijudicantur, sed hae demum, quae precibus ordinandi vel eius amici non spirituali, sed carnali affectu porrectis fiunt, quum alias futurae non essent; quas non charitas interveniens sed amicitia supplicans extorquet. Sed nec haec quidem hodie usum habent. Credimus namque, preces, si quae pro obtainendo sacerdotio porriguntur, ex spirituali affectu profici. Igitur, quae interpretes, ac inter eos *van Eßpen in lute eccl. univ. P. 2. tit. 30. c. 2. §. 7.*, de simonia, quae per munus a lingua committitur, quum scilicet sacerdotium ad preces & ex favore confertur, communiter disputant, secundum hodiernam rei faciem prorsus sunt otiosa. Verum reliqua duo simoniae genera, quae per munus a manu & ab obsequio committi dicuntur, improbantur adhuc hodie. Et de munere a manu res dubium non habet. Munus scilicet a manu est oblatio pecuniae aut cuiuslibet rei, quae magni an parvi momenti sit, nihil interest, *c. 20. X. de Simonia.* Munus ab obsequio intervenit, quum indebitum ab ordinando officium patrono praestatur, id quod *van Eßpen d.l. §. 18.* etiam ad eos extendit, qui principum aut aliorum magnatum liberos vel episcoporum nepotes

tes nullo aut exiguo stipendio regendos erudiendosve suscipiunt, ea spe, ut beneficia ecclesiastica ab ipsis vel eorum favore adipiscantur. Potissima munera ab obsequio species est conventio omnis privata inter novum ministrum & eos, penes quos electio & vocatio est, inita. Dicimus: conventio omnis privata; nec limitationem addimus, quam addunt vulgo: circa temporalia. Damnamus quippe & pactum privatum circa spiritualia. Recordamur ipsis, equitem quendam, templi patronum, a novo, quem vocabat, sacerdote stipulatum esse, ut is bis per mensem sacra in aedibus patroni privatim faceret, quae ex antiqua consuetudine semel tantum facienda erant. Neque hoc pactum, etsi forsan bona mente initum, tolerari debebat, arg. c. II. *X. de Simonia.* Vide *Zoesium ad tit. X. de Simonia n. 76. & 77.* Verum nulla potest esse contra simoniacas istas conventiones lex melior & clarius ea, quam Innocentius XII. pontifex maximus anno 1695. edidit. Exhibit illam *Ant. Faber in P. 2. der Europäischen Staats-Canzley pag. 13. sqq.* occasionem vero eius promulgandae non commemorat. Et videmus, eam a plerisque ignorari. Igitur supplebimus hic. Occasionem nempe legi isti dedit illustris controversia inter Germanos agitata. Post mortem

mortem scilicet Maximiliani, archiepiscopi Salisburgensis, qui die 3. Maii anni 1687. decesserat, canonici electionis ergo congregati pacti erant invicem, ut is, qui eligeretur archiepiscopus, canonicis singulis supra redditus eorum consuetos quingentos florenos annuos exsolveret. Neque iniqua videbatur conventio, quod per illam aliqua inter caput & membra aequalitas ac proportio induceretur. Beneficia enim canonicorum prisco tempore instituta nec unquam aucta exigua sunt admodum, quum bona archiepiscopatui adnexa insigne senserint incrementum, maximosque fructus ferant. Initio hoc pacto, Ioannes Ernestus, comes de Thun, die 30. Iunii eiusdem anni eligitur, promissaque per aliquot annos liberaliter exsolvit. Tandem vero simoniam huic pacto subesse ratus, negat, se quidquam eo nomine amplius erogatum. Tum canonici precibus & argumentis contra pugnant, atque archiepiscopum eo perducunt, ut se quidem & in posterum pensionem istam quotannis exsoluturum, non tamen ex necessitate obligationis, sed ex liberalitate, nec ut archiepiscopum, sed ut comitem, polliceretur. At canonici, qui hunc solvendi modum nec honestum sibi satis, nec perpetuum fore credebant, iudicio experiri, & actione apud pontificem maximum instituta archiepiscopum invitum ad

G solu-

solutionem compellere malebant. Pontifex tamen, qui aliquam in hoc pacto simoniae etsi subtilissimae labem animadvertebat, & rem pesimi exempli esse videbat, conventionem irritam declaravit, & archiepiscopum ab obligatione liberavit. Haec fuit promulgandae istius bullae occasio. Quae autem in bulla hac continetur, prohibitio conventionum privatatarum in electionibus, etiam protestantes obligat, non quidem ex auctoritate Innocentii XII, quae apud nos nulla est, verum iuris canonici, quod non ex pontificis, sed imperatoris & ordinum Imperii, qui illud receperunt & in comitiis Wurzburgensibus anno cl<sup>o</sup> cc LXXXVII. habitis publica lege apud *Lehmannum in Chronicō Spirensi lib. 5. cap. 108.* confirmarunt, voluntate valet. Innocentius enim XII. in bulla illa renovavit saltem decessorum suorum leges, & inter has Gregorii IX. constitutionem, qui: *Pactiones, inquit, factae a vobis pro quibusdam spiritualibus obtainendis; quum in huiusmodi omnis pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti.* Eam constitutionem *cap. 8. X. de Pactis* insertam simul cum iure canonico receperunt Germani ac protestantes, & iudicant etiam hodie secundum eam. Exemplo, quod *Carpzovius lib. I. Iurisprud. consit. def. 20.* habet, addemus aliud in praesens. *Coenobium*

nobium quoddam catholicum in principatu Halberstadiensi situm, cui Huysburg nomen est, iure patronatus in templum evangelicum pagi Sargstedt gaudet, veteremque cum templi hu- ius sacerdotibus litem de sylva quadam habet, ac litis eius sopiendae caussa cum novo sacerdote in ipso muneric suscepti principio paciscitur, at- que scripturam ab illo exigit, qua nullum sibi in hanc sylvam ius esse fatetur. Atque is sacer- dos, quam diu vixerat, de retractanda ista con- fessione sua nunquam cogitarat. Mortuo illo, succedit alias, qui & ipse ab initio confessionem talem edit, sed deinde confirmatus, postquam patronorum iram nihil sibi nocere in posterum posse videt, confessionem suam ipse oppugnat ac sylvam sibi vindicat. Opponit monasteri- um exceptionem transactionis, pacti, propriae confessionis. Consulti vero super hac lite ICti Helmstadienses a Regimine Halberstadiensi mense octobri anni clo lɔ CCXXI. exceptiones istas omnes reiecerunt ex his rationibus: Weil die beyde Pfarrer bey Antritt ihres Ambs weder genugsame Nachricht von den Kirchen- Güthern gehabt / noch durch Ausstellung eines Reverses der Kirchen was zu vergeben befugt gewesen / überdies dergleichen Reverse / welche ein Patronus sich von dem Pfarrer bey Antritt dessen

dessen Ambts aussstellen lässt / einem pacto simoniaco nicht unähnlich seynd / und sowohl bey den Catholiken als Protestantten nicht die geringste Verbindlichkeit haben.

## XXIV.

**L**eges contra simoniacas vocationes ministrorum ecclesiasticorum latae effectum fere nullum habent ob difficultatem probationis.

## XXV.

**P**atrono vel eligentibus permitti nequit, ut ipsi vocationem vel electionem a se factam tanquam simoniacam impugnant, & testimonium de ea perhibeant.

**O**ptimae & severissimae leges contra simoniacas ministrorum ecclesiae electiones & vocationes promulgatae sunt. Et tamen simoniae crimine nullum hodie est frequentius. Cogitari igitur serio oportet de remedio efficaci, quo leges istae saluberrimae in usum & effectum deducantur. Sed offert se confessim obstaculum maximum, difficultas scilicet probationis, cui mederi fere supra vires humanas esse videtur. Conventiones quippe simoniaceae raro

raro in scriptis, nunquam fere coram testibus, sed plerumque inter patronum novumque sacerdotem solos coram & in abditissimo cubiculo ineuntur, & iis saepe iusurandum, ne alteruter quid effutiat, additur. Eam improbitatem tam occultam quis deteget ? Dices forsan: permittendum esse diligentibus ipsis ac vocantibus, ut electionem vocationemque suam tanquam simoniacam impugnent ac revocent, de eaque testimonium perhibeant. Verum permitti hoc non potest tam ex rectae rationis, quam iuris canonici & civilis principiis. Recta ratio certe neminem ad testimonium ferendum admittit, qui per hoc ipsum testimonium sese maleficum atque adeo omni fide indignum declarat. Idem iuri civili congruit, quod ei, qui propriam turpitudinem allegat, credi non debere in alterius detrimentum saepissime constituit, L. 4. C. de Revoc. donat. L. 30. C. de Transact. L. 50. §. 1. de Leg. 1. L. 5. C. de Condict. ob turp. causam. Quae regula clarius adhuc in iure canonico c. 8. X. de Donat. & c. 9. X. de Excess. praelat. proponitur. Quum itaque secundum Barbosam in Thesauro axiom. 5. voce Turpe testi falsum se dixisse adserenti, & secundum Mascardum de Probat. Concl. 359. n. 31. iudici in mortis articulo se pecunia corruptum iudicasse dicenti fides nulla habeatur, nec canonicis nec patronis, qui electionem

G 3

&amp; vo-

zaPhi

& vocationem a se factam tanquam simoniacam  
impugnant, quidquam credendum est.

## XXVI.

**I**urisiurandi religio infirmum contra simoniacas  
vocationes remedium & dissuadendum magis,  
quam suadendum est.

## XXVII.

**S**ingularis detegendae simoniae modus a Grego-  
rio VII. adhibitus memoratur.

**E**fficacius coërcendae simoniacae pravitatis  
remedium reperiisse se olim crediderunt il-  
lustres provinciae cuiusdam ordines in religio-  
ne iurisiurandi, legemque fecerunt, ut ne quis  
sacerdos sacretur, nî iurasset prius, se pro sacer-  
dotio obtinendo nec dedisse quidquam nec pro-  
misisse. Ipsi vero deinde, quam & illud reme-  
dium sit inefficax, agnovere, & ob plurima,  
quae id comitantur, incommoda, de eo ab-  
rogando iterum cogitarunt, sed tamen antea  
theologos & ICTOS Helmstadienses consulue-  
runt, quorum nomine sic mense Augusto an-  
ni clo 15 CCXXXIII. respondit praeses:  
**Haben** bisher die Candidati Ministerii im Can-  
ton Appenzell eydlich erhalten müssen / daß sie  
zu Erlangung der Præsentation auff eine Pfarre  
nichts

nichts gegeben / oder geben lassen. Als man aber vermercket / daß solcher End dem Ubel nicht gesteuert / überdies zu vielen periuriis Gelegenheit gegeben / so wird nunmehr gefraget / ob es nicht besser und rathsammer sey / den End gar abzuschaffen. Nun wollen wir dasjenige / was bereits im vorgedachtem Auffsatz weitläufig und gründlich zu Behauptung der affirmativaē angeführt wird / allhier nicht wiederhohlen / sondern nur kürzlich dieses melden / daß wir allerdinges dafür halten / es sey gut und rathsam solchen End abzuschaffen. Es hat zwar das geistliche Consistorium A. C. darunter / daß sie diesen End bishero von den Candidatis, ungeachtet des wieder sie vorhandenen starcken Argwohns / aufgenommen / eben nicht gesündiget / noch das Gewissen verlehet / indem eine Obrigkeit / welche einen de perurio verdächtigen Menschen nach Vorschrift der Rechte zum Ende läset / keinesweges die Meinung hat / den Weg zum Meinenende zu eröffnen, sondern vielmehr in der Hoffnung stehet / es werde eben dieser verdächtige Mensch sich vermittelst des Endes zu einer Furcht vor Gott bewegen und durch

durch selbige von dem Bösen abschrecken lassen /  
vide Leyseri Specim. 136. ad π. de his, quibus ius-  
jurandum deferri potest. medit. 6. So fallen  
wir auch gar nicht der Meinung dcrerjenigen  
bey/ welche den End ganz vor unrecht und ver-  
bothen halten/ indem wir wohl wissen/ wie nicht  
allein im altem Testamente Gott selbst ge-  
schworen / Genes. cap. 22, v. 16. Hebr. cap. 6. v.  
13, 17. und bey seinem Namen zu schwören be-  
fohlen / Deut. cap. 6. v. 13. und cap. 10. v. 20. ad-  
de Iesai. cap. 19. v. 18. & cap. 65. v. 16. sondern  
auch im neuem Testamente Christus selbst Mat-  
thaei cap. 5. v. 18. und die Apostel Rom. cap. 1. v.  
9. 2. Corinth. cap. 1. v. 23. 1. Thessal. cap. 2. v. 10.  
geschworen / und den End das Ende alles Ha-  
ders zu seyn verstattet / Hebr. cap. 6. v. 16. All-  
dieweil aber bereits in den zehn Geboten den  
Nahmen Gottes zu missbrauchen/ das ist, un-  
nütze und gefährliche Ende zu verstatten und  
abzuschwören/ nachdrücklich untersaget ist/ Exod.  
cap. 20. v. 7. Deut. cap. 5. v. 11. dieses Verboth  
auch von Christo Matthaei cap. 5. v. 35. & 37.  
und dem Apostel Iacobo Iacob. cap. 5. v. 12. noch  
ernstlicher wiedethohlet und bestätigt wird/  
mithin

mithin einem Christen oblieget / alle Ehde/ welche die Nothwendigkeit nicht erfodert / zu vermeyden / und an deren Stelle andere hinlängliche Mittel zu gebrauchen / hiernächst andere sowohl geist - als weltliche Lehrer längstens in Acht genommen / daß Religio iurisiurandi nicht mehr vilescire und die Mein-Ehde niemahlen häuffiger seynd / als wenn die Ehde gar zu osste decretiret oder exigiret werden / wie man denn in den alten teutschen Historien findet / daß zu den Zeiten / da die Sacramentales im Gebrauch / also die iuramenti sehr häufig gewesen / niemand weiter das schwören geachtet / sondern täglich perjuria begangen worden / hingegen der Respect vor den Ehdenschwüren weit grösser bleibt / wenn solche selten und nur in nöthigen Fällen gefodert werden / welches letztere gleichwohl alhier / da ein jeder Candidatus ministerii mit dergleichem Ehde beleget wird / nicht / sondern vielmehr das Wiederspiel geschiehet / folglich die Auctorität dieses Ehdes umb ein mercfliches verringert und perjuria veranlasset werden / ferner aus vielgedachtem Ehde der Candidaten noch dieses Incommodum erwächst / daß rechtschaffene und gewissenhaftte Männer aus Furcht

H

lieber

lieber gar keine Pfarrre im Canton Appenzell,  
weil solche ohne Beschencfung der Patronen und  
Collatorn schwierlich zu erhalten seynd / anneh-  
men / demnach die wenigste Stellen mit tüchti-  
gen Subiectis besetzt werden / leichtsinnige Leu-  
te hingegen / welche sich weder Geld zu geben /  
noch falsch zu schwören ein Gewissen machen /  
fast alleine befördert werden / daß also nach Ein-  
führung dieses Eydes statt eines einigen delicti,  
nemlich der Simonie, welches vorher im  
Schwange gegangen, nunmehr auch das an-  
dere / nemlich das Crimen periurii, zugleich  
mit begangen / und der Canton Appenzell mit  
ungewissenhaftesten schlechten Pfarrern erfüllt  
wird / nächstdem es an vielleicht frässtigern und  
bessern remediiis wieder die Simonie nicht man-  
geln kan / wenn man dem gethanem Vorschlage  
nach die Umbstände der collationen so genau /  
als es möglich / untersuchet / und die als-  
denn befundene Simoniacos scharff bestraft /  
da denn die Furcht vor der Straffe  
und Schande vielleicht mehr Schrecken / als  
die Furcht vor dem Eyde bisher gethan / erwe-  
cken mögte / endlich bereits Exempel vorhan-  
den / da die Leute auch ohne Eyd durch Furcht  
der

der Straße oder Hoffnung der Belohnung eben so gut und weit besser / als andere durch den End / im Zaum gehalten worden / wie vergleich-  
chen Exempel Ludewig in der Erläuterung  
der goldenen Bulle tit. i. §. 7. lit. b. von dem  
Hohenloischen Graff Wolffen / der seine Bedien-  
te mit keinem Ambts-Ende belegt / sondern nur  
ernstlich bedrohet / und bey verspürter Untreue  
hart bestraffet / gleichwohl die treueste Diener  
vor andern gehabt / ingleichen Leyser in Specim.

137. ad π. de officio iudicis circa iusurandum, Me-  
dit. 2. anführen; So bleiben wir allerdings da-  
bei / daß dieser Candidaten-End / im Fall ob-  
gedachter Maassen andere nachdrücklichere Mit-  
tel die Simonie zu coerciren vorgekehret wer-  
den / auch alle diejenige / welche in dieser und  
vergleichen Sachen mit zu sprechen haben / da-  
rein willigen / mit Nutzen abgeschaffet werden  
können. Cui responso luculento satis & pio ni-  
hil addimus in praesens, praeter hoc, quod ea-  
dem iurisiurandi religio iamdiu olim simoniacis  
vocationibus & electionibus opposita fuerit, sed  
frustra semper. Conciliorum Toletani, Oxo-  
niensis, Alemanniae & Calixti II. pontificis ma-  
ximi sanctiones exhibit Pertschius de Crimine

H 2

simo-

simoniae sect. i. c. 6. §. 7, & lit. a. ex Zieglero observat, hoc plane ad imitationem constitutionis Theodosianae in L. ult. C. ad L. Iul. repetund. factum esse, ubi simile quid de muneribus & officiis civilibus constitutum. Potuisset & formulam iurisiurandi, quam Justinianus *in fine Novellae* 8. praescripsit, commemorare. At enim vero vinculum iurisiurandi in muneribus quoque civilibus non alium effectum habuit, quam ut officiales novo periurii crimine obstringeret. Pertinet huc egregius in *Michaëlis le Vassor Histoire du Regne de Louis XIII.* tom. 2. pag. 35. locus : *Ce qu'il y a de plus étrange, c'est, que, durant tout ce commerce infame, l'acheteur, allant se faire recevoir au Parlement, ou dans quelqu'autre Cour, juroit selon l'ancienne coutume, qu'il n'avoit rien donné directement, ni indirectement, à son resignant, quoique le contraire fut de notoriété publique. Que devoit on attendre de la probité & de la religion de ces Magistrats, qui entroient dans leur emploi par un pariure ? Quae quum ita sint, desperamus fere de efficaci contra simoniacam pravitatem remedio. Faciant tamen magistratus officium suum, ac, ubi legitima suspicio adeat, sedulo inquirant, deficientibus vero probationibus, DEO iudicium & vindictam simpliciter relinquant. Illud enim, quo Gregorius VII. pontifex maximus, cardinalis*

ad-

adhuc, usus esse dicitur, remedium nostra aetate  
frustra adhibebitur. Narrat id *Io. de Beka in  
Vita Burchardi episcopi Ultraiectini XXIII.* his  
verbis : *His temporibus quidam Hildebrandus,  
cardinalis & apostolicae sedis legatus, devenit in  
Galliam, ut ibidem aboleret Simoniae perfidiam.  
Quum autem ipse cardinalis adversus diffama-  
tum episcopum processisset, & idem episcopus testes  
ipsum accusantes pretio subarrasset, dixit idem  
legatus: cesset humanum iudicium, procuratore ec-  
ce divinum oraculum, quum certum sit, quod epi-  
scopalis gratia donum sit spiritus sancti, & si in  
emptione pontificii non sis consors Simonis Magi,  
dic; gloria patri & filio, & spiritui sancto. Simo-  
niacus igitur absque formidine, gloria patri &  
filio, distincte protulit, veruntamen, spiritui san-  
cto, nequaquam pronunciare potuit; sed, post-  
quam idem ab episcopatu destitutus fuit, totum  
versiculum sine obstaculo legit.*

## XXVIII.

**R**espublica ex piis tantum hominibus & veris  
christianis composita legibus tamen, magi-  
stratibus & iudiciis carcere non  
potest.

**I**n articulo XVI. principum, magistratumque  
auctoritas stabilitur, damnanturque hi, qui

H 3

eam

eam cum religione christiana pugnare perhibent. Sunt vero nonnulli, qui institutionem regum & magistratum non quidem directe oppugnant, sed eandem in republica ex malis hominibus composita, vel ex malis bonisque mixta necessariam esse dicunt, veruntamen in civitate, quae ex iustis piisque civibus & veris christianis constet, inutilem & superfluam fore, ac eam sine legibus & iudiciis regi posse credunt. Quorum opinionem confirmare videntur *Pufendorffius de Officio hominis & civis cap. 5. §. 8.* aliquique iuris naturae doctores, dum necessitatem legum, magistratum & iudiciorum ostensuri civitatem supponunt malorum civium plenam. Nos vero, eas quoque respuplicas, in quibus pii saltem homines bonique christiani vivunt, magistratibus tamen, iure & iudiciis carere non posse, sumus persvasi. Incidunt saepe inter bonos etiam lites dubiae, quaestiones arduae, contractus ambigui, ac decisionem magistratum necessario poscunt. Frustra exspectamus, ut hi, quorum causa iniusta est, sponte cedant. In plerisque quippe causis utraque pars, suam causam iustum esse, ac iniuriam sibi ab adversario fieri, bona fide & certissime credit, & damnata etiam ab aequo iudice persuationem de causae suae iustitia non deponit, & non nisi invita ac cum murmure maiori potestate

miss

H

stati

stati cedit. Quamobrem & populus Israëliticus, quem sibi Deus ex aliis populis omnibus elegerat, statim post exitum ex Aegypto, & prima ecclesia christiana, quamvis optima, magistratibus tamen carere non potuit, *Exodi XVIII, 20. sqq. i. Timoth. II, 2.* Et finge etiam, inter pios homines verosque christianos litem nullam de pecunia & bonis futuram. Ea est ingeniorum humanorum indoles, ut, nisi lege ac auctoritate superiore coērceantur & in officio contineantur, in piis etiam rebus & sacris negotiis coeco impetu rapta, tumultu, clamoribus, minis, vi omnia turbent. Exemplo sint istae, de quibus *ad articulum XIV.* diximus, electio-nes sanctorum episcoporum, Athanasii & Martini, a piis religiosisque viris & fervidis christianis, sed, quia magistratum legumque autoritas deerat, incredibili suffragiorum confusione ac omnis ordinis perturbatione pertumultuose celebatae.

## XXIX.

**R**eprehenduntur machiavellistae, qui in explicando regum principumque officio loco i. Samuel. VIII, ii. abutuntur.

**I**n articulo XVI. officium principum ac magistratum memoratur, de quo ICti nostri ac poli-

politici copiosissime agunt, atque hac occasione in duas sectas, machiavellistarum, qui omnia principi licere putant, & monarchomachorum, qui potestatem eius arctissimis limitibus circumscribunt, abeunt. Nos, uti alias, ita hic etiam medium viam tenemus, atque in praesens hoc unice observamus, errare machiavellistas graviter, qui sententiae suae & effrenis, quam principi adscribunt, potestatis praesidium in sacro codice, famoso scilicet illo i. *Samuel.* VIII, II. fqq loco, requirunt. Dici non potest, quantas eius loci explicatio inter ICtos lites turbasque excitarit. Exstant de ea integri commentarii. Controversiae cardo potissimum in significacione vocis ~~ועשׂה~~ vertitur. Hanc aliqui officium, ius interpretantur. Et poterit haec interpretatione tolerari, ut mirifice *Calovius* noster in *Biblio illustratis b. l.* ostendit. Sed abutuntur ea communiter machiavellistae atque inde enormem suam licentiam eliciunt. Quod dum animadverterunt alii, ut refugium hoc iis intercluderent, vocem hanc contraria prorsus ratione exposuerunt, & malam consuetudinem significare dixerunt. Fecit id adhuc nuper operose vir ceteroquin doctissimus, *Jacobus Basnage in praefatione tom i. des Antiquitez Iudaiques.* Nos, qui olim Hebraeas literas etiam parumper degustavimus, litigii huic nos non immiscemus, sed tamen

tamen explicationem Basnagii probare non possumus. Occurrit haec vox bis in *eodem primo Samuelis libro cap. 2. v. 13. & cap. 27. v. ii.* Quae bina loca dum attente consideramus, vocem supra memoratam nihil aliud, quam modum agendi, sive bonum sive malum, significare atque adeo vocabulum aliquod μέσον esse credimus. Samuel itaque modum agendi regis futuri simpliciter describit, ac descriptione hac sua detergere vult populum ab importuna flagitatione sua. Attamen per hoc non probat illum agendi modum, sed bonusne ille an malus sit, quum ea de re tunc quaestio nulla esset, indecisum relinquit. Quamobrem hic locus Samuelis in explicando regis principisque officio plane adhiberi non debet. Explicatur vero hoc officium luculentius a Mose ipsius Dei verbis in *Deuteronomio XVII, 16. /qq.*

## XXX.

**D**efinitio haeretici in codice Iustinianeo positæ confertur cum ea, quae in Augustana confessione reperitur.

## XXXI.

**H**aereticus non est, qui in levi & ad salutem non necessario arguento errat.

I

## XXXII.

## XXXII.

**M**ulta in iure Iustinianeo reperiuntur, quae superstitionem & tyrannidem cleri sapiunt.

**P**ost articulum XXI. protestantes ab haereseos criminis vindicantur ex hac potissimum ratione, quod, si vel maxime circa traditiones errorem committerent, de articulis tamen fidei christianaे fundamentalibus recte sentiant, atque adeo haereseos nota adspergi non possint. Cui argumento non parum definitio haeretici in iure Iustinianeo posita repugnat. Scilicet in L. 2. §. 1. C. de Haereticis Imperatores : *Haereticorum, inquiunt, vocabulo continentur & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi arguento a iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Sufficit ergo secundum hanc legem ad haeresin error etiam in levi arguento, quum Augustana confessio einen Ungrund oder Mangel an den Haupt-Articeln requirat. Aperata haec pugna est. **IX** Videndum igitur, quae ex his duabus descriptionibus sit melior, & ante omnia mens imperatorum inspicienda. Legem eorum contra Euresium quendam

dam latam fuisse, ex altera eius parte, quae in L. 28. C. *Theod. de Haereticis* supereft, discimus. Facilior nobis futura erat huius legis interpretatione, si de Euresio hoc & eius erroribus certiores essemus. At nulla eius Euresii mentio fit alibi, praeterquam in quadam veterum canonum collectione, in qua haec habentur: *Faustinus, Presbyter Eleutheropolitanus, in libello, quem Marcellianus Presbyter obtulit Valentino, Theodosio & Arcadio AAA. pro Luciferianis, de Damaso Archiepiscopo:* Sed & nuper tentavit graviter persequi beatissimum Euresium, Episcopum sanctitate & fidei aemulatione ferventem, ordinatum intimante plebe Romana a constantissimo Episcopo Toargia, & ipso illibatae fidei, verum sub invidia falsi impositi cognomenti, per suos defensores interpellans iudicem Bassum, quasi adversus Luciferianos, sed Bassus, olim Catholicam fidem venerans, sciebat, in Lucifero nullam haereseos fuisse pravitatem: quippe qui & bene noverat, pro fide Catholica decem annos exilia fuisse perpessum. Et pro constantiae sua integritate repulit accusatores \* Damasi, negans se facturum,

I 2

ut

\* Vox: accusatores; recte se habet. Intelliguntur scilicet accusatores a Damaso subornati. Igitur Iac. *Gothofredus*, qui locum hunc in not. ad L. 28. C. *Tb. de Haereticis* allegat, vocem hanc sine necessitate emendat, & pro ea: defensores; substituit.

ut homines Catholicos & integrae fidei viros inse-  
queretur: maxime quod ipsi constitutiones Impera-  
torum contra haereticos solummodo promulgatae  
viderentur, non contra hos, qui sanctissimam fi-  
dem sine saeculi ambitione conservant. Ex quo  
loco id unice cognoscimus, Euresium cum Lu-  
cifero sensisse, & propterea a Damaso, pontifice  
maximo, graviter, subiectis accusatoribus, ve-  
xatum fuisse. Lucifer vero, vir pius cetero-  
quin & verae religionis ac Athanasii tenacissi-  
mus defensor, quem Hieronymus ipse *in Dialogo  
adversus Luciferianos* beatum vocare & bonum  
pastorem non dubitat, in hoc solo erravit, quod  
lapsos olim in Arrianam haeresin & ad veram fi-  
dem reversos homines, si de plebe essent, non  
repelleret, solos vero episcopos, quamvis poe-  
nitentes & deprecantes, restituere in pristinum  
locum detrectaret, & ab iis quoque, qui eos  
admittebant, se segregaret. Vide *can. 39. caus.  
24. quaest. 3. §. 54.* Qua in re errarunt uti-  
que Lucifer & assecla eius Euresius, sed non  
capitaliter, ac magis in schisma, quam in hae-  
resin inciderunt. Attamen propter hunc ipsum  
errorem Euresius ab Arcadio & Honorio Imper-  
ratoribus in lege nostra inter haereticos relatus,  
& nova illa haeretici definitio excogitata est.  
**Quam definitionem multi iam olim, teste**

*Iacobo*

*Iacobo Gothofredo ad lib. 16. Cod. Theod. tit. 5.  
leg. 28.* latam vel laxam nimis questi sunt, imo  
intolerabilem dixerunt & bruti fulminis in-  
star deriserunt. Nec ipsi dissimulamus, nobis  
legem hanc unam ex iis videri, quae a puriore  
primorum christianorum doctrina ac modera-  
tione recedunt, & invalescentem iam<sup>1</sup> tunc ty-  
rannidem ac superstitionem sapiunt, quarum  
plurimae passim in Codice & Novellis Iustinia-  
neis exstant, e. g. quod pontifex Romanus sit  
sanctissimus, & beatitudo eius caput omnium  
sanctissimorum dei sacerdotum, L. 7. C. de sum-  
ma trinitat. quod animae eorum, qui ad sanctis-  
simas ecclesias accurrunt & eis omnes suas fa-  
cultates adferunt & derelinquunt, per hoc sal-  
vae fiant, L. 42. §. 1. C. de Episcop. & cler. formu-  
la ridicula fere iurisiurandi ab his, qui admini-  
strationes suscipiunt, praestandi, Nov. 8. in fin.  
&c. Quicquid sit, definitionem illam Iustinia-  
neam duriorem mollierunt iam diu iuris Cano-  
nici collectores, horumque vestigia sequuti ICTi  
& theologi cordatiiores, ex quibus duos saltem  
nominabimus in praesens omni fere exceptione  
maiores, Gerhardum Loc. de minister. eccl. num.  
317. & ex Gerhardo Zieglerum in notis ad Stephe-  
ni Institut. iur. can. lib. 3. cap. 5. n. 12. qui sic aiunt:  
*Vt quis haereticus dici queat, quinque haec re-*

quiruntur: 1. ut sit membrum Ecclesiae, 2. ut erret in fide, & quidem 3. in ipso eius fundamento, 4. ut errori coniuncta sit malitia & pertinacia nulli admonitioni succumbens, 5. ut dissensiones & scanda-la in Ecclesia excitet, eiusque unitatem scindat. Nec nova Gerhardi Zieglerique doctrina est, sed vetustissima & doctrinae primorum ecclesiae patrum convenientissima. Similiter enim Augustinus in can. 28. & 29. caus. 24. quaest. 3. Haereticus, inquit, est, qui alicuius temporalis commodi & maxime gloriae, principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt; praesertim quam non audacia suae presumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt; quaerunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, quum invenerint; nequaquam sunt inter haereticos deputandi. Quapropter rectissime idem Zieglerus ad Lancellottum lib. I. tit. 20. §. 4. Non omnis, ait, qui a nobis aliquando dissentit, illico haberri debet pro haeretico. Adsentiunt Zieglero Reinkingk de Regim. secul. & ecclesiast. lib. 3. class. I. cap. 5. §. 8. & 15. & Stryk. ad Brunn. Ius eccle-

*ecclesiast. L. 2. c. 18. §. 12.* & definitionem illam Iustinianeam haud obscure improbant. Idem ergo Augustanae confessionis auctores faciunt, & ad haeresin einen Ungrund oder Mangel an den Haupt-Articeln desiderant.

XXXIII.

*Opinio de vitae monasticae praestantia nunquam, ne in ipsis quidem spississimis papatus tenebris, universaliter recepta fuit, sed totidem oppugnatores, quot propugnatores habuit.*

XXXIV.

*Vita monastica semper in generali contemplatione fuit, eiusque contemplationis duo exempla memorantur.*

In articulo XXVII. multa de monachis & monasteriis egregie dicta reperies. Refellitur in primis communis, quae tunc orbem pervaserat, de vitae monasticae excellentia, das Kloster-Leben sey ein Stand der Vollkommenheit/ opinio, atque contra eam Gerlonis, theologi celeberrimi, qui tamen inter densissimas patatas tenebras vixerat, testimonium memoratur. Cui testimonio alia infinita adiici potuissent.

Sed

Sed haec ab aliis iam sunt collecta. Ego, quum  
scripta & monumenta, quae nobis ex caligino-  
sis istis saeculis supersunt, lego, non possum fa-  
tis mirari eorum inter se super hoc articulo pu-  
gnam. Alii vitam monasticam ad coelum usque  
laudibus extollunt, alii contra invidiose crimi-  
nantur. Quae dum considero, opinionem de  
praestantia monasteriorum nunquam universa-  
liter receptam fuisse, animadvero, atque adeo  
merito inter eas refero, de quibus *Hieronymus*  
*de Caervallo* librum sub titulo *Speculi Opinionum*  
*communium contra communes* scripsit. Recipio,  
me singulis, quae ex medio aevo allegabuntur,  
vitae monasticae praetorii totidem ex eodem  
aevo vituperationes oppositum. Nec sal-  
tem de privatis loquor. In generali quadam  
contemplatione ac despicientia monachi & mo-  
nasteria ab initio fuerunt, semperque manse-  
runt. Cuius despectionis generalis duo nunc  
saltem exempla memorabo. Primum erit, quod  
vita monastica inter poenas & supplicia relata  
est; alterum, onus istud ridiculum, canes domi-  
nicos alendi, monasteriis generali consuetudine  
impositum. De singulis leorism agam.

XXXV.

## XXXV.

**V**ita monastica inter poenas & supplicia maleficiorum connumeratur.

**Q**ui de monachis & monasteriis commentati sunt, ubi ad modos monachum constituendi perveniunt, duos enumerant saltem. Ipsi patres concilii Toletani IV. in can. 48. *Monachum, inquiunt, aut paterna devotio, aut propria professio facit.* Mirum, quod tertium constituendi monachos modum, eumque & olim & hodie frequentissimum, detrusionem nempe maleficorum & maleficarum in monasteria, omittant. Per hanc facinorosi non ut aliqui autumant, custoditi saltem & quasi in carcerem coniecti, sed veri monachi monachaeque facti fuerunt. Clare Iustinianus in *Novella 134. cap. 10.* mulieres adulteras in monasterium mitti, atque, si intra biennium a maritis non recipientur, tonderi & monachicum habitum accipere & habitare in ipso monasterio in omni propriae vitae tempore iubet. Eadem poena ipsis nonnunquam episcopis, graviter peccantibus, imposita fuit, *can. 7. dist. 50,* aliquando autem non in perpetuum, sed ad certos annos constituta est, *c. 6. §. 7. X. de Homicidio.* Quin & reges principesque, si

K

male

male regnum administrascent, poenam hanc subiisse, nemo, qui historias primis saltem labris degustavit, ignorat. Nec exolevit haec poena hodie. Parisiis integrum huic poenae monasterium destinatum est, idque virginum resipiscantium, *des filles repenties*, appellatur, de quo lepidus exstat *in tomo i. Menagianorum pag. 292.* iocus: Regina scilicet mulierculam stupro famosam in hoc monasterium includere constituerat. Tunc Bautru ad eam conversus: Quid agis, regina? inquit; illa muliercula nec virgo est, nec resipiscens; *Elle n' est ni fille, ni repentie.*

## XXXVI.

**M**onasteriis olim onus canes dominicos alessi ex generali consuetudine incubuit.

**P**ergo ad alterum despicientiae generalis, quae olim monasteria adfixit, exemplum. Est hoc onus illud consuetudine quadam universalis coenobiis impositum, ut canes dominicos alerent. Ridiculae huius consuetudinis originem me ignorare, ingenue profiteor. Reperirem forsan, si operam investigando impendere vellem. Sed operaे pretium non est. **Quid-**

Quidquid sit; sapit illa consuetudo magnam  
 vitae monasticae despectionem; igitur a multis  
 impia & irrationabilis appellata fuit. Raynal-  
 dus I. Burgundiae comes apud *d' Achery in Spi-*  
*cilegio tom. 3. pag. 399.* ius hoc *canarium* appellat,  
 ritumque temerarium vocat & inter consuetu-  
 dines iniquas, quas eradicari oporteat, refert.  
 Obtinuerunt tamen multa monasteria exem-  
 ptionem ab hoc onere per privilegia, quorum  
 exempla passim apud collectorum antiquorum di-  
 plomatū exstant. Praeses, quum ante aliquot  
 annos in famoso Regiae Lutterae coenobio,  
**Königes-Lutter** / esset, eiusque archivum  
 cum abate Fabricio perlustraret, inter alia di-  
 plomata tale quoque repperit ac descriptsit, quod,  
 quia forte ad manus est, hic inseram: **We**  
**van der gnade goddes Herthege magnus tho**  
**Brunswyk und Lüneborch dod wytlef alle den**  
**de düffen bref leset horet oder seet dat we unde**  
**use erven litterlecken der God unde der salicheyt**  
**user unde usere elderen sele wylsen unde dorch son-**  
**derlecke gnade unde leve de we hebben tho deme**  
**closter tho Königes Luttere des hebbe we dat sulve**  
**closter unde ere höve unde ere ghut entlestet unde**  
**gheloset von den jegheren unde jegherhunden**

K 2

de

de se pleghen tho holdene vor unser tyd dat se  
manghe not af ledēn unde verdreht der sulven  
plicht der late we unde use erven de van Konig-  
hes Luttere nu mer eweleken ledich unde los  
Unde we ne wylten se noch nemet van user weg-  
hen myt den hunden mer beschweren odder be-  
schweren laten Uppe dat nu dusse vorscrevēne  
ghave unde gnade stede unde vast sy unde ewe-  
leken blyve So hebbē we Herthege magnus vor  
benumet vor us unde use erven use Ingheorghel  
ghehenghet tho dūsseme breve Alle dūsser vor  
benumedēn dink sind thūghe de erbar here greve  
ernst van lychen Her hanß von honloghe Her  
shvert von saldere ryddere Eyvert von saldere  
Knecht Her hinreck van ysleve kenselere Thyle  
von deme damme eylert van der heyde Borg-  
here tho Brunswyk Dūsse Bref de ys ghe gheven  
na goddes bort drytteynhunder Jar In deme  
negheden unde Gesieghesten Jare In user vrou-  
wen daghe wort myssen. Simile onus coeno-  
bium Bergense prope Magdeburgum olim susti-  
nuisse tandemque ab eo liberatum fuisse, ex  
annalibus eiusdem animadverti.

XXXVII.

XXXVII.

Ius canonicum saeculo octavo in Germaniam introductum, saeculo tertio decimo per legem publicam confirmatum fuit.

XXXVIII.

Lutherus combusit illud quidem, sed non abrogavit inter Protestantes nec abrogare potuit.

XXXIX.

Ipsi etiam principes protestantes eius auctoritatem in Augustana confessione agnoverunt.

XL.

Lutherus priores XXI. articulos Augustanae Confessionis ante exhibitionem, posteriores vero post exhibitionem demum legit ac probavit.

In articulo XXVIII. mentio subinde iniicitur iuris canonici sub appellatione des geistlichen  
K 3 OGG. MIRVI Rechts.

Rechts. Insigne hoc argumentum est contra eos, qui ius canonicum ex die 10. decembris anni 1520, quo a Lutheru Vitembergae combustum fuit, iuris auctoritatem inter protestantes habere desiisse, putant. Ipse sic sentit Zieglerus noster *in dissertatione de Origine & incrementis iuris canonici* Lancellotto praemissa §. 64: *Hac, inquiens, ratione apud VVittebergenses exequiae factae sunt iuri canonico ; idque ab eo tempore prorsus exanime & tam enerve fuit, ut, si qui ex eius cadavere resuscitati fuerint cineres, mera reputentur μορμόλονεια & inania terribulamenta.* Evidet, si scriptum Lutheri, quo is facti huius sui rationem reddidit, & cuius potissima capita Sleidanus *in fine libri 2. de Statu religionis & reipublicae* excerpit, inspicimus, mens Lutheri in ista combustione forsan fuit, iuris canonici auctoritatem prorsus abolere. At vero ipsi, qui tunc Vitembergae florebant, Icti, teste Zieglero *in sq. §. 65,* agnovere, Lutherum hoc, si vel maxime voluisse, non potuisse tamen. Id quod pluribus ostendit Thomasius *in Cautelis circa praecognita iurisprudentiae ecclesiasticae cap. 22.* Scilicet antiquissima est iuris pontificii in Germania auctoritas, primum saeculo VIII. per Bonifacium, Germaniae apostolum, introducta. Nam quod Stephani *in Institutionibus iuris*

*iuris canonici lib. I. cap. I. n. 7.* autumat, canones apostolicos in Germania seu Alimannia longe ante Constantinum M. receptos fuisse, regesque Alimanniae iisdem paruisse, plus quam ridiculum est. Sed introducta, ut diximus, saeculo iam octavo iuris pontificii auctoritas deinde anno 1287. in comitiis Vurzburgensibus lege publica, quam *Lebmannus Chron. Spirens. lib. 5. cap. 108.* exhibet, constabilita fuit. Publicam hanc legem tollere non potuit Lutherus, nec sustulit etiam. Permansit enim iuris canonici auctoritas etiam, dum Lutherus viveret, agnitaque est a principibus protestantibus. Nam n̄ agnoscissent, ius hoc das geistlige Recht in Augustana confessione appellari possi non essent. Ab ipso tamen Luthero agnitam dicere non audemus. Ille enim Augustanam confessionem, seu apologiam, uti ab initio, teste *Seckendorffio in historia Lutheranissimi lib. 2. §. 64. n. 4. in fine*, vocata fuit, non scripsit, sed, scriptam a Melanchtone perlegit & examinavit attente probavitque ac tanquam provide & caute factam laudavit. Operae pretium est, Lutherum ipsum audire, qui ad literas has Ioannis, Saxoniae electoris: **Unsern Gruß zuvor / Ehrwürdiger und Hochgelarter / lieber Andächtiger.** Nachdem

Jr

Ir und andere unsere Gelerten zu Wittemberg /  
auff unser gnediges Ansinnen und Begeren ; die  
Artikel / so der Religion halben streitig sein /  
in Verzeichniß bracht : Als wollen wir euch  
nicht bergen / daß izt alhie M. Philippus Me-  
lanchton dieselbigen weiter übersehen / und in ei-  
ne Form gezogen hat / die Wir Euch hierbei  
überseenden. Und ist unser gnediges begehrn /  
Ir wollet dieselben weiter übersehen / und zu be-  
wegen unbeschwert sein ; Und wo es Euch der-  
massen gefellig / oder etwas davon / oder dazu  
zu setzen bedecktet / das wollet also daneben ver-  
zeichnen / damit man alsdenn auf Käyserl. M.  
Ankunft / die Wir Uns in kurze versehen / ge-  
fast und geschickt sein möge vnd uns dieselbigen  
alsdenn bey diesem Boten wol verwart und ver-  
petschafft unverzüglich wiederumb anher schi-  
cken. Daran geschicht Uns zu gnedigen Ge-  
fallen. Datum Augspurg Mittwoch nach Iu-  
bilatae II. May Anno 1530 ; sic rescripsit : Gna-  
de und Friede in Christo / unserm Herrn.  
Durchleuchtigster / Hochgebohrner Fürst / gne-  
diger Herr. Ich hab M. Philipsen *Apologia*  
über-

überlesen / die gefält mir fast wohl / und weiß nichts daran zu bessern / noch zu endern / würde sich auch nicht schicken / denn ich so sanft und leise nicht treten kan. Christus unser Herr helfe / daß Sie viel und grosse Frucht schaffe / wie wir hoffen und bitten. Amen. Vide *Tomum V. Operum Lutheri fol. 21. sq.* Verum enim vero ista Lutheri epistola non ad totam Augustanam confessionem, sed saltem ad priores XXI. articulos referenda est. Nam sequentes articulos, & in primis *articulum XXVIII*, in quo ius canonicum laudatur, Melanchton deinde confecit, nec, quantum scimus, ante exhibitionem cum Luthero communicavit. Exstat apud *Chytraeum in Hist. Aug. confess. p. 29.* & Mullerum in der Historie von der Evangelischen Stände *Protestation und Appellation lib. 3. cap. II. §. 4.* Melanchtonis epistola ad Lutherum die 22. maii anni 1530. his verbis exarata: In der Apologien endern Wir alle Tage viel. Den Artikel von Gelübden / weil er etwas geringer war / habe ich herausgenommen / und an seine statt eine andere ausführliche Erklärung gesetzet. Jezunder stelle ich den Artikel von der Kirchen-Gewalt. Ich bitte / ihr wollet die Artikel des Glaubens

übersehen / So Ir in denselbigen keinen Man-  
gel finden werdet / wollen Wir die übrigen  
ziemlich entwerffen. Quae Melanchtonis epi-  
stola efficit, ut aliquid inter priores & posterio-  
res Augustanae confessionis articulos interesse  
putemus, atque illos quidem post accuratum  
examen a Lutheru laudatos Lutheru tanquam  
auctori attribuamus, posteriores vero, post  
exhibitionem a Lutheru lectos nec improba-  
tos, eidem tanquam auctori non adscribamus,  
atque adeo singula horum verba ipsi non impu-  
temus.

## XLI.

**C**aussae matrimoniales natura sua ad episcopo-  
rum & consistoriorum iurisdictionem  
non pertinent.

## XLII.

**P**rincipes tamen eas illi recte reliquerunt.

## XLIII.

**I**d quod ex duplice causa factum, tum ut theolo-  
gi in illarum tractatione praesentes sint, tum,  
ut iudicium breviore tempore & minore  
sumptu finiatur.

## XLIV.

**Q**uod ultimum quia in consistoriis saepe negli-  
gitur, Augustana confessio refugium ad  
principem permittit.

## XLV.

## XLV.

**S**ed id refugium caute faciendum est.

In articulo XXVIII. caussae matrimoniales ex natura sua ad episcopi iurisdictionem pertinere negantur, sed ex voluntate legumlatorum ad eandem alegatae esse dicuntur; Dass die Bischöfe sonst Gewalt und Gerichts-Zwang haben in etlichen Sachen / als nemlich Ehe-Sachen/ oder Zehenden/ dieselben haben sie aus Kraft menschlicher Rechte. Id quod egregie illustrat Lutherus in libro von Ehe-Sachen Tom. V. lenens. p. 237. ubi in praefat. ita loquitur: Ich wehre mich fast/ rufse und schreye/ man solle solche Sachen der weltlichen Obrigkeit lassen. Es kan ja niemand leugnen/ daß die Ehe ein äußerlich weltlich Ding ist/ wie Kleider und Speise/ Haus und Hoff/ weltlicher Obrigkeit unterworffen; & post pauca: Darumb will ich schlecht hin mit solchen unverworren seyn/ und bitte jedermann/ er wolle mich damit zu frieden lassen. Hast du nicht Ober-Herren/ so hast du official. &c. Mir grauet auch für dem Exempel des Pabsts/ welcher auch sich am ersten in dies Spiel gemenget/ und solche weltliche Sachen zu sich gerissen hat/ bis so lange/ L 2 das

-177377

dass er ein lauter Welt-Herr über Käyser und Könige worden. Also besorge ich mich auch/ der Hund möchte an den Läpplein lernen Leder fressen, und mit guter Meinung verführt werden/ bis wir zu lebt aus dem Evangelio fallen in eitel weltliche Händel. Idem *in epist. 193. Suppl. a Buddeo editor.* ita scribit: *Quanquam scis, coniugii causas (hactenus desertas a magistratu) necessitate a nobis esse susceptas, nunc autem publico libro ad magistratus esse reiectas &c.* Principes tamen protestantes, etsi, iurisdictione episcopali postliminio recuperata, caussas matrimoniales ordinariis tribunalibus restituere potuerint, maluerunt tamen easdem consistoriis suis, in quibus episcoporum iura exercentur, relinquere. Id quod duabus ex caussis factum videtur, primum, ut theologi, qui consistoriis de more adsidere solent, coniunctis cum Ictis consiliis & operis causas matrimoniales religiosius tractent, & maiore circumspectione & solicitudine caveant, ne quid circa illas contra ius divinum fiat & ne sanctitas matrimonii facile violetur; deinde, ut lites matrimoniales brevius citiusque expediantur. Hoc enim in caussis eiusmodi consistorialibus fieri semper debebat, secundum *Clementinam 2. de Iudiciis*, ubi in causis super electionibus, postulationibus, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis ecclesiasticis, matri-

matrimoniis, usuris, & eas quoquo modo tangen-  
tibus simpliciter & de plano ac sine strepitu iu-  
dicii & figura procedi iubetur. Verum enim  
vero hoc ultimum in plerisque Germaniae con-  
sistoriis negligitur maxime, atque caussae matri-  
moniales saepe moras & ambages longiores,  
quam caussae ordinariae, patiuntur. Videbis,  
illas nonnunquam eousque extrahi, ut vel utra-  
que vel alterutra saltem pars, effoeto corpore &  
exhausto per sumptus patrimonio, post repor-  
tatem etiam victoriam nulos tamen ex hac vi-  
ctoria fructus capere queat, sed inutilis matri-  
monio & reipublicae in posterum efficiatur. Qua-  
le ergo contra morosa illa & sumptuosa consi-  
storia remedium suppetit? Ipsa hoc *Augustana*  
*confessio in articulo 28.* praescribit, verbis : Wo  
aber die Ordinarien nachlässig in solchem Amt/  
so sind die Fürsten schuldig/ sie thuns auch gern  
oder ungern/ hierinn ihren Unterthanen umb  
Friedens Willen Recht zu sprechen/ zu Verhü-  
tung Unfrieden und grosser Unruhe in Ländern.  
Recurrendum scilicet est ad principem ipsum,  
utque is moras rescripto suo tollat, petendum.  
Sed caute id faciendum est, ne istiusmodi rescri-  
pto exceptio sub- & obreptionis opponatur. Il-  
lustrabitur haec doctrina optime responso, quod  
praeses nomine ICTORUM Helmstadiensium  
mense iulio anni CLO L CC XXIX. exaravit, &

L 3

ibi,

ibi, quomodo princeps secundum Augustanam confessionem adversus consistoriorum iniurias implorandus sit, pluribus explicuit: Hat consulentens Ehe-Frau denselben währender Ehe zu dreyen unterschiedenen Mahlen böslich verlassen/ auch in einen noch währenden langwürigen Process verwickelt/ wannenhero er anfänglich zu wissen verlanget/ ob er von der ehelichen Verbindung mit dieser seiner entlauffenen Frauen loos zu zehlen sey/ und ob das Matrimonium ohne weitern Process per Rescriptum aufgehoben werden könne. Nun ist es freylich zu beklagen/ daß durch die in den geistlichen Consistoriis Teutschlandes eingeführte langwürige Processe fast alle diejenige/ welche in Ehe-Sachen ihre Zuflucht zu selbigen zu nehmen gezwungen seynd/ unglücklich gemacht/ und währenden grössten oder doch besten Theils ihres Lebens in weitläufige Verdrüßlichkeiten und grosse ihr Vermögen erschöpfende Kosten gestürzet werden. Demnach gewinnet es das Ansehen/ ob sey Consulent wohl befugt/ den Landesherrn selbst anzugehen/ und/ daß bey so offenbahrer böslichen Verlassung die Ehe ohne längern Aufenthalt per Rescriptum getrennet wer-

de/

de/ zu bitten. Damit aber dennoch dem auszuwürckendem Rescripte nicht/ wie fast allezeit zu geschehen pfleget/ die exceptio sub- & obreptionis, und daß es auff einseitige Vorstellung/ ohne den andern Theil zu hören/ ausgebracht sey/ vorgeworffen werde/ so thut Consulent besser/ daß er bey dem ordentlichem Richter/ nemlich bey dem geistlichen Consistorio, bleibt/ und von selbigem die Ehe scheiden lässt. Doch kan er ganz wohl ein Landesherrliches Rescript an das geistliche Consistorium dahin/ daß solches mit Abschneidung aller zum Ruin des Consulenten abzielenden Weitläufigkeiten die Sache ohne Verzug entscheiden/ oder allenfalls zu Abfassung eines End-Urthels verschicken solle/ auswürcken.

XLVI.

**Q**uaestio, an decimae iuris divini universalis sint, vexatissima martyres ex utraque parte fecit.

XLVII.

**D**ecimae proprie sic dictae neque iuris naturalis neque divini universalis sunt, sed ad legem Mosaicam solos Hebraeos obligantem referuntur.

XLVIII.

## XLVIII.

**N**ecessitas decimarum ecclesiasticarum in ecclesia christiana saeculo demum sexto cepit.

## XLIX.

**E**a vero in terris iuris saxonici recepta nunquam fuit.

## L.

**I**n iis ergo adhuc hodie praedia a decimis ecclesiasticis libera praesumuntur, & clerus eas sibi vindicans probatione oneratur.

## LI.

**Q**ua in parte Saxones melioris conditionis sunt reliquis Germanis.

**I**n eodem, quem modo ex articulo XXVIII. excerpimus atque explicimus, loco etiam iurisdictio episcoporum in decimas ex iure humano derivatur. Non obscure hinc appareat, quid Augustanae confessionis conditores de illa famosa ac illustri quaestione, utrum decimae iuris divini universalis sint, senserint. Quaestio haec a multis inde saeculis in utramque partem disputata animos disputantium sic inflammavit, ut martyres quoque effecerit, inter quos martyres principem sibi locum vindicat Kanutus, Daniae rex, de quo haec habet Krantius Daniae lib. 4. cap. 35. & 37: *Institit rex optimus, decimarum ius sacris persolvendarum populo persuadere. Sed ibi primus*

primus eius conatus vanus fuit apud insuetum eius  
rei populum, qui regis exactiōibus & multis ex-  
peditionibus in militiam gravaretur. Igitur ma-  
gnis apparatus expeditionem in Angliam edixit.  
Tum nihil omittens quod ad instruendam classem,  
ad arma comparanda, ad conscribendos milites  
pertineret, identidem ducibus faciendum impera-  
vit. Sed non erat aequa per omnes ad res vigilan-  
tia. Itaque sine auctore dilapsi, in propria quique  
redierunt. Rex populi contumaciam consternatus  
audivit, ignarus, in se occultae procerum coniura-  
tionis. Occasionem tamen melioris rei natam arbit-  
ratus, ex ea remulcam, quam optimo iure potuit  
irrogare, in decimarum solutionem cogitavit retor-  
quere. Igitur ex commodo advocata concione, do-  
cuit quanta gloria maiores sui viētricia signa cir-  
cumtulissent, sola militum alacritate freti; qua  
una re incredibilia memoratu peregissent, diuque  
res Danica militari disciplina constitisset, sibi post  
hominum memoriam irrogatam contumeliam, quae  
nulli regum, quam etiam nulla possit aeris magni-  
tudo compensare, defectionis auctores non facile  
reperiendos, quando populariter ea sit facta dila-  
psio, impune tantam rem transire, gravius sibi  
morte videri, si pergant ea in suos reges esse con-  
tumacia, omne Danicum nomen interitum. Per-  
movit tristis regis oratio milites: igitur militiae  
nomine quidquid imponeret erogatueros. Rex gran-  
dem in singulorum capita mulcam pro graduum

M

tamen

tamen qualitate edixit. Grave quidem: sed pro magnitudine pudoris, ut regiam indignationem complacent, atacres subierunt. Quod ubi rex comperit, tempus esse ratus sese aperiendi: Quid, inquit, si hanc multam iam a vobis suscep tam in leviora quaedam commutemus, ubi & alio vos debito exsolvatis, & regiam nihilominus iniuriam aboleatis? Si vestra sponte (quod divinum nobis ius imponit) decimas ecclesiae persolveritis, ego libens regiis thesauris debitam summam remitto. Deliberandi tempus exposcunt: quo accepto, secum expendunt, quid horum tolerabilius censeatur. Vno quidem impendio geminam laxare obligationem, perutile visum, sed si una tantum pensione res consisteret. Nunc quoniam annuam decimarum solutionem res ipsa requirit, perpetuam generi suo impositam servitutem arbitrantur. Nec erant in ea gente, qui non regis institutionem, neque ecclesiae impositionem, sed divini iuris esse intelligerent. Igitur solitum fit in ea conventione dandi regi responsi decretum, regiae se majestati debitores agnoscerent, ut noxam abolerent, multam se non recusare: ceterum decimarum annuam & perinde perpetuam solutionem horrere, quae illos perpetua servitute cum filiis filiorum contineret. Rex ubi accepit, docere voluit: sed stolidus populus iam indurata fronte non audivit. Igitur (quod subiere) multam exigendi constituit exactores. Maligni homines optimi regis modestissimam exactionem ver-

vertere in iugum ferreum, ut populi in regem suum cumularene indignationem. Rex autem sacram Albani aedem petiit, ibique precibus Deo suam causam commendavit, stratus in pavimentum supinus. Crevit interea clamor in regem populi: armati sepsere sacram aedem. Militum etiam regis non contemnendus numerus accurrit, regis periculum avertere, aut (si minus id possent) una mori. Benedictus frater regi semper aderat. Ericus non longe in alia aede reclusus exspectabat quid fieret. Quum infinitam hominum multitudinem paucorum manus sustinere non posset, quumque irrumpendae sacrae aedis, in qua rex orabat, nemo praesumeret audaciam, Blacco, malorum incitor, coepit ex occulto hoste manifestus ductor fieri: & praecedens in aedem cum ingenti frementium multiitudine, in ipso aditu trucidatus, meritas perfidiae poenas luit. Benedictus quoque frater, fortissime pro rege dimicans, cadit. Ericus quum opitulari non posset, per medios hostes, dextra laevaque caedens, vix salvus evasit. Rex interiori sacrario conclusus sacrae poenitentiae manus imploravit; tum Christiano ritu confessus, sacrisque munitus se proiecit ad aram expassis manibus supinum. Hoc loco per fenestram immissa lancea confoditur: lignetus, qui dirimbat, paries confringitur, multorum gladiis impetratur, martyrque Deo pretiosus consecratur. Sed inter protestantes quoque eadem quaestio turbas & lites maximas excitavit. Saeculo nempe superiore Seldenus in Anglia edita decimarum historia, *the history of Tythes*, has iure divino nisi negavit, sed per hoc ita clerum in se concitavit, ut is, tanquam aliqua conspiratione facta, in eum consurgeret, sacrilegii crimen infinitis scriptis intentaret, mandatum regium, quo Seldenus carceris comminatione adversariis respondere vetabatur, obtineret, ac tandem miserum ad palinodiam publice die 28. ian. anni 1618. canendam cogeret. Vide Seldeni Opera Londini an. 1726 edita, tom. 1. in vita Seldeni pag. 6. & tom. 3. opusc. IV. Nos, quos tantorum virorum, mortem gravissimasque iniurias passorum, vestigia terrere debebant, audebimus tamen sententiam nostram proponere. Monemus vero

M 2

ante

ante omnia, ne in logomachiam incidamus, nos decimas non late, ut aliqui faciunt, & generaliter de sustentatione ministrorum ecclesiae, ad quam sine dubio & de iure naturali, & ex Christi *Matthaei X, 10. Lucae X, 7. 1. Cor. IX, 17.* praecepto obligamus, sed stricte & proprie, ac prout vox ipsa sonat, accipere. Et in hac significatione decimae neque iuris naturae suarum, neque iuris divini positivi universalis. Non dissitemur quidem, iis, qui a nobis dissentunt, & decimas tam ex iure naturali, quam divino universali derivant, argumenta sat gravia suppetere. Collegit ea omnia docte & accurate *M. A. de Dominis de Repub. eccles. lib. 9. cap. 2,* sed nos tamen in opinionem suam non pertrahit. Fatalem, scriptores veteres Romanos Graecosque decimorum, Herculi in primis & Apollini solvi solitarum, frequentissimam mentionem facere. At obligationem naturalem, quam *de Dominis* inde *num. 2, 3.* elicit, nos non perspicimus, sed, praestationem hanc rem arbitriam fuisse, credimus. Fatalem porro, Abrahamum Melchisedeco sacerdoti decimas praedae persolvisse, *Genes. XIV, 20. ad Hebreos VII, 2, 4.* Iacobum quoque peregrinantem bonorum suorum decimas deo, si in columem ipsum in patriam reportaret, vovisse. Verum nec Abrahami factum nec Iacobi votum Christianos obligat, quin imo ne Iudeos quidem obligavit, qui sub Mose demum obligari ceperunt. Ista vero Mosaica lex, quae passim exstat, ad solo Hebreos pertinet. Vrget quidem de Dominis in primis verba *Leviticorum XXVII, 30.* quibus decimae omnes deo addicuntur & consecrantur, aitque, per ea non ceremonialem aut iudicialem legem populo Iudeorum dari, sed ius ipsius dei in omnem terram, ubicunque sit, exprimi & stabiliri. Verum ad hanc rationem, quam *Nicolaus le Maitre de bon. eccles. part. 2. lib. 1. cap. 7.* copiosius explicat, optime respondet *Zieglerus noster de Diaconis & diaconissis cap. 13. §. 14.* Principium scilicet pertinet, qui supponunt, deum sibi reservasse decimas perpetuo

petuo solvendas, & ius illud nunquam remisisse. Alia utique fuit ratio terrae Canaan, alia reliquarum in orbe possessionum. In terra Cananaea inter alias rationes, cur a deo imperarentur decimae, una & praecipua haec fuit, ut undecim tribuum contributione inveniretur & prodiret duodecimae tribus Leviticae portio, quae alioquin exsors erat. Et quia adeo politia ista Iudaica amplius non subsistit, & praeceptum decimarum iuris vel ceremonialis fuit, vel politici, vel, uti nonnulli volunt, ex utroque mixti, nec legibus illis amplius tenentur christiani, facile hinc patet, nec naturali nec divino iuri repugnare, ut alio modo, quam per decimarum solutionem, necessitatibus clericorum subveniatur. Accedit, quod extra mandatum divinum frustra fingatur, in recognitionem dominii divini dari aliquid debere, quum recognitio talis ideo fieri debeat, ne dominium ipsum intervertatur aliquando & omnino negetur, quod de dominio divino frustra afferitur. Itaque per tria priora post Christum natum saecula altum fuit in ecclesia christiana de obligatione ad decimas silentium. Aluerunt sacrorum ministros christiani liberaliter, at de decimis necessario praestandis non cogitarunt. Sed, postquam imperatores ad sacra nostra accesserunt, clerus redditus suos amplificare cupiens Levitarum exemplum ad se traxit, commodisque eorum frui voluit, onus tamen & incommode non subiit. Immemor enim, Levitas in populo Hebraeo possessio-  
nes nullas habuisse, atque in compensationem huius egestatis decimas accepisse, & decimas sibi adscripsit, & possessiones etiam ac praedia cultissima adquisivit. Ab initio tamen decimae hae sponte datae fuerunt. Nam Constantini M. de iis lex, quam aliqui commemorant, nullibi exstat. Primi ex ecclesiae patribus Hieronymus & Augustinus saeculo V. decimas iuris divini esse dixerunt. At hi necessitatem imponere non potuerunt. Priora etiam christiana concilia decimas praecipere  
*in ecclesia christiana de obligatione ad decimas silentium*  
*praedicta*

*in ecclesia christiana de obligatione ad decimas silentium*  
*praedicta*

ausu non sunt, sed svaserunt saltem. Tandem *concilium Matisconense II. anno 585. c. 5.* statuit, ut decimas ecclesiasticas omnis populus inferat, & si quis contumax fuerit, a membris ecclesiae omni tempore separetur. Post haec concilium fere nullum habitum est, in quo lex illa non repeteretur & anathemate ac poenis non muniretur. Accesserunt pontificum Romanorum decreta, inter quae memorabile est in primis Innocentii III, quod in *cap. 26. X. de Decimis* exstat. Sed transeamus ad Germanos, in primis Saxones nostros. *Carolum M. Saxonum* oppressorem decimas ecclesiasticas, tanquam iuris divini institutum, subiectis sibi populis generaliter imponere voluisse, satis ex eius *capitularibus* constat. At inter Saxones id efficere non potuit, qui, teste *Krantzio in Metropoli lib. I. cap. 2. sqq.* decimarum onus agnoverunt quidem, eas tamen non ecclesiis & sacerdotibus, sed regiis praefectis in stipendia militum & sumptum expeditionum praestiterunt. Itaque in Saxonie decimae ecclesiasticae universaliter receptae nunquam sunt, sed semper saeculares manserunt. Apparet hoc clarius ex *Speculi Saxonici libro 2. art. 48. & 58.* qui late de decimis agunt, sed clero eas deberi non dicunt. Reсте igitur *Beyerus in specimine iuris Germanici lib. I. cap. 6. num. 22.* ait, omnes decimas adhuc hodie in Saxonie, quo usque olim ambitus eius extensus fuit, in dubio pro saecularibus haberi. Quae res in Saxonie inferiore dubium non habet. In electoratu vero Saxonie exstant quidem leges de decimis. At hae, observante *Wernhero in principiis iuris eccles. protestantium cap. II. n. 35.* obligationem pacto vel consuetudine nixam supponunt, nec clero ius universale tribuunt, qui adeo, si decimas sibi ex praedio, cuius dominus liberum id dicit, vindicet, onus probandi subterfugere nequit. In reliqua tamen Germania, quae ius canonicum & onus decimarum sponte recepit, secus est, ibique decimae in dubio ecclesiasticae censentur, atque is, qui saeculares eas dicit, pactum aut consuetudinem in contrarium probare necessum habet.

LII.

**M**inisterium sacerdotum male viventium efficax quidem est & utile, eorum tamen, qui bene vivunt, longe utilius.

LIII.

**I**mpii sacerdotes defensionem contra suspensionem, remotionem aliasque poenas frustra ex articulo VIII. Augustanae confessionis arcessunt.

Praetergressi sumus supra articulum VIII, in quo sacramenta & verbum, etiam si per malos exhibeantur, propter ordinationem & mandatum Christi efficacia esse dicuntur, damnanturque Donatistae & similes, qui negabant, licere uti ministerio malorum in ecclesia, & sentiebant, ministerium malorum inutile & inefficax esse. Rectissime. Indignamur vero, sacerdotes quosdam improbe viventes asylum sibi in hoc ipso articulo quaerere, ac, quoties obiurgantur vel poenis etiam adficiuntur, si quidem flagitia sua manifesta negare non possunt, respondere, nihil ea sacro muneri suo nocere, nec se propterea suspendi aut removeri posse. Et solent quoque advocati, dum sacerdotum istorum defensionem suscipiunt, ad articulum hunc frequen-

N ter

ter recurrere. Quibus nos in praesens verbis  
ICtorum Helmstadiensium respondebimus, quo-  
rum nomine praeses mense februario anni clo-  
Is CCXXIX. sacerdotem pessime viventem, sed  
tamen efficaciam sacri munera, etiam a malo  
homine administrati, praetexentem damnavit ex  
his rationibus: Vird Inquisit unterschiedener  
in seinem Predigt-Ambte begangenen groben  
Verbrechen beschuldiget/ ist auch bereits des-  
halb von gedachtem seinem Ambte suspendiret  
worden. Ob es nun wohl das Ansehen gewin-  
net/ ob hätte die Suspension erlassen/ und Beflag-  
ter nach einer scharffen Verwarnung und öffent-  
lichen Abbitte bey der Gemeinde in sein Amt  
wieder restituiret werden sollen. Alldieweil a-  
ber die mit seiner ehemahlichen Haushalterin be-  
gangene Huhrerey/ sonderlich die daben vorkom-  
mende von den Zeugen weitläufigt angeführte  
Umbstände/ seine ganze Gemeinde öffentlich und  
heftig geärgert/ dergestalt/ daß dieselbe zusam-  
men aus der Kirche gegangen/ und das Abend-  
mahl von ihm nicht nehmen wollen/ also leichte  
zum voraus zu sehen/ daß Inquisit allezeit ein  
Anstoß bleiben und sein Amt infünftig mit  
völli-

völliger Frucht und Nutzen nicht verwalten werden können/ nächstdem derselbe genugsam durch so viel eydliche Zeugen überführt ist/ daß er sein Amt überaus nachlässig verwaltet/ die Kranken/ wenn er auch zu selbigen gefodert worden/ unsleißig/ auch gar nicht besuchet/ bey der Besuchung Toback gerauchet/ bey der Catechisation sich keine Mühe gegeben und von andern Sachen gesprochen/ sein Leben mit Brantewein und Toback hingebbracht/ schlecht geprediget/ ferner selbst gestehet/ bey Besuchung der Francken Margarethen Rotgers Toback gerauchet zu haben/ auch nicht zu wissen/ ob er sie getrostet/ oder präpariret/ ingleichen zu des Clas Jurgens todt-Francken Schwester/ von welcher 2. bis 3. mahl zu ihm geschickt worden/ aus Ursachen/ weil er gute Freunde bey sich gehabt/ so späte hingegangen zu seyn/ daß sie darüber weggestorben/weiter dasjenige/ was Inquisit in dem Pfarr-Hause vor Neuerungen vorgenommen/ offenbarlich wieder der Gemeinde Willen geschehen/ Inquisit auch die von derselben offerirte Reparation eine Hundts-Boigterey genennet und verworfen/ und denn bey so gestallten Sachen deutlich

N 2

erhel-

erheslet daß Inquisit ohne grosses Aergerniß und Seelen-Gefahr seiner Gemeinde in sein Ambt nicht restituiret werden könne/ auch/ da man ihn restituirete/ wenig Nutzen und Erbauung bey derselben schaffen würde; So wird gedachter Jacob Schwarte seines bisherigen Pastorats billig entsezt/ auch seine Wohnung fünftig ausser Rorichum zu nehmen angehalten/ ihm iedoch so lange bis sich Gelegenheit findet/ ihn zu einem Schul-oder andern Dienst zu emploiren/ ein gewiß Stück Geldes/ so viel nemlich ungefehr der vierte Theil der sämtlichen Pastorats-Einkünfste ausmacht / zu sein und der seinigen Unterhalt aus gedachten Einkünften jährlich angewiesen.

## LIV.

**Q**uousque aqua in baptismo sancta efficiatur,  
disquiritur.

## LV.

**A**lia materia, quam aqua, in baptismo ne quidem urgente necessitate adhiberi potest.

## LVI.

**H**aec doctrina in ecclesia evangelica constanter recepta in ecclesiis catholica & reformato aliquando in dubium vocata fuit.

Supra

Supra in §. 17. ad *articulum IX.* de baptismo diximus, sed pauciora, quam argumenti dignitas poscere videbatur. Supplebimus itaque istum locum hic, nec dissimulabimus, occasionem, ut id faceremus, natam ex literis communis amici, quem maximi facimus, cuiusque iudicium & consilium semper sapiens & nobis salutare reperimus. Scripsit is nuper ad nos familiariter, ut solet, ac significavit, se aliquam ex floribus nostris voluptatem cepisse, sed haesisse tamen in illo supra memorato §. 17, & extimuisse, ne quis malevolus calumnietur, baptismum a nobis abiecite & per contemptum *Ovidii* verbis aquam flumineam appellatam fuisse. Nos, quibus in scribendo nihil tam cordi est, quam ne quid offendatur, publice testamur, nihil nos per ista verba baptismi sanctitati detrahere voluisse. Adsentimus per omnia *Tertulliano*, qui in libro de *Baptismo cap. 4*: *Nulla, inquit, distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur, nec quidquam refert inter eos, quos Ioannes in Jordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit, nisi & ille spado, quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit.* Igitur omnes aquae de pristina originis praerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur, invocato deo. Supervenit enim statim spiritus de coelis, & aquis

N 3

super-

superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatae vim sanctificandi combibunt. Quanquam ad simplicem actum competit similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis ablauamur; & in cap. 20. baptismum sanctissimum lavacrum novi natalis appellat. Ista tamen, quam religiose agnoscimus, baptismi sanctitas naturam aquae non mutat, nec maleficis asylum & delinquentibus impunitatem tribuit. Manet hac ratione aqua simplex & fluminea, ac sine impietatis nota sic appellari potest, nisi etiam Paulum apostolum obiurgare velis, quod is *ad Ephesios V,26.* baptismum simpliciter lavacrum aquæ appellarit. Derisit iam olim *Augustinus contra Julianum lib. 6. cap. 6.* superstitionem simplicitatem eorum, qui baptismi sanctitatem plus iusto amplificant: *Si, inquiens, quidquid in homine est, quando baptizatur, baptizari & sanctificari putandum est; dicturus es, & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quae in intestinis & vesica sunt per digestionem corporis digerenda: dicturus es, baptizari & sanctificari hominem in matris utero constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum gravidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere, qui nascitur: postremo dicturus es, & ipsas baptizari & sanctificari febres, quando baptizantur aegroti.* Vide can. 35. de Consecratione dist. 4. Ceterum com-

commodissimus nunc dicendi locus foret de aqua, necessaria baptismi materia, in cuius vicem alia surrogari nequit. Sed dixerunt iam plurimi hac de re, nec quidquam nobis reliqui fecerunt. In primis *Io. Andreas Schmidius in dissertatione historico-theologica V.* docte & eleganter de baptismo per arenam scripsit, occasione historiae, quam *Nicephorus hist. eccl. l. 3. cap. 37.* & *Georgius Cedrenus in compendio historiarum pag. 206.* narrant de iudeo, qui in itinere per loca deserta subito morbo correptus baptismum anxie flagitavit, sed ob aquae defectum arena baptizatus, deinde vero, quum emersisset ex deserto, iussu Dionysii pontificis aqua iterum baptizatus fuit. Probat hoc Dionysii factum Schmidius, dicitque, deficiente aqua naturali & vera, aliam materiam licite adhiberi non posse. Rectissime. Sed quod idem Schmidius addit, eandem totius ecclesiae ab incunabulis usque ad nostra tempora praxin fuisse, de eo dubitamus. Certe *Jacobus Sirmondus in tomo 2. Conciliorum Gallicanorum responsum Stephani III,* pontificis maximi, exhibit, cuius haec verba sunt: *Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, periclitantem infantem baptizavit, nulla exinde ei adscribitur culpa: infantes sic permaneant in baptismo. Si aqua adfuit praesens, ille presbyter*

ex-

*excommunicetur.* Si ergo pontifex ipse aliam in baptismo materiam, urgente necessitate, admisit, praxis ecclesiae interrupta aliquando fuit. Sed evangelicis scriptoribus facilis est responsio ad hanc difficultatem, qui Stephanum pontificem erroris insimulare non dubitabunt. Magis ea res catholicos torquet, inter quos nuper admodum *Antonius Boucat in Theologia patrum scholastico-dogmatica, sed maxime positiva de sacramentis, tom. 3. part. 3.* tentat primum, Stephani responsum tanquam suppositum aut corruptum arguere, addit tamen in fine, si id vel maxime genuinum sit, errasse pontificem non tanquam pontificem, sed tanquam doctorem. Qua distinctione nihil potest excogitari absurdius. Et in reformata etiam ecclesia Bezae auctoritas non parum assecetas eius turbat, qui sic *in epist. 2. ad Thomam Tilium* scripsit : *Desit aqua, & tamen baptismus alicuius differri cum aedificatione non possit, ego certe quovis alio liquore non minus rite quam aqua baptizarim.* Verum inter evangelicos nullus nobis cognitus est orthodoxus auctor, qui Stephani III. & Bezae opinionem amplexus fit. Et in electoratu Saxoniae expressa hac de re exstat lex in *Articulo generali VI. tit.*

von der Noth-Tauffe.

\*\*\*

Coll. olim A. AGA, 27